missionem. Tertium est Q est Ignitiuū ad diui
ne bonitatis charitatē. Quartū autem est Q di-
uinam in se habet potestatem. Quintū autem Q
perfectā confert libertatem. Sextum autez Q ad
omnē iniusticiam semper habet cōtrarietatē. Se-
ptimum ⁊ vltimū est Q ꝯ oēm vincit falsitatem
De Primo diciť in Psal. Lucerna pedibus meis
verbum tuū: ⁊ lumen semitis meis. Quia ad Cre
denda ⁊ Facienda ⁊ Appetenda que deo placent:
est illuminationē prebens. Baruch. iiij. Anteqꝛ
esto populus dei: quia que deo placent manifesta
sunt nobis. De Secūdo dicitur in Ps̄. Memor
esto verbi tui domine: in quo mihi spem dedisti.
Hec me ꝯsolata est in humilitate mea. Firmitas
eīm verbi quo promisit: stabilit spem hominis. q̇a
verbum dei nunꝗ̄ excidit. Hebreoꝝ. vj. Firmissi-
mum habemus solaciū: qui cōfugimus ad tenen
dam propositam spem: quā sicut anime ancoram
habemus tutam ⁊ firmā. Psal. cxviij. Adiutor et
susceptor meus es tu: ⁊ in verbum tuū superspe-
raui. De Tertio diciť in Psal. cxviij. Ignitum elo
quium tuum vehemēter: ⁊ seruus tuus dilexit il-
lud. Hebreoꝝ. x. Factus est sermo domini in cor-
de meo quasi ignis estuans: clausus qꝫ in ossibus
meis: ⁊ laboraui ferre non sustinēs. De Quarto
diciť in Psal. Audient verba mea quoniā potue-
runt. Hoc est: perfectā potestatem habuerunt: vt
veniant semper ad effectū. Esai. lv. Uerbum quod
egrediť de ore meo non reuertetur ad me vacuū.
sed faciet quecunqꝫ volui: ⁊ prosperabiť in his ad
que misi illud. Unde Matth. vij. Loquebať do-
cens tanꝗ̄ potestatē habens. De Quinto Jo. viij.
Si vos manseritis in sermone meo: veri discipuli
mei eritis: ⁊ cognoscetis veritatē: ⁊ veritas libera-
bit vos. Gal. iiij. Non sumus ancille filij sed libe-
re: qua libertate christꝰ nos liberauit. Liberat au-
tem: per formā ⁊ imaginem verbi sui nos forman
do. De Sexto diciť Matth. v. Esto consentiēs cū
aduersario tuo dū es in via. Ubi dicit Glo. ꝙ ad-
uersarius noster: verbum dei est. Job. vij. Quare
me posuisti contrariū tibi: ⁊ factus sum mihimet
ipsi grauis. De Septimo diciť. ij. Corinth. x. Ar-
ma nostre militie non sunt carnalia: sed potētia do
ad destructionē munitionū. consilia destruentes: ⁊
omnē altitudinē extollentem se aduersus sciētiam
christi. Hinc est ꝙ Ephe. vj. diciť ꝙ Accipiamus
gladium spiritus: quod est verbum dei. ij. Mach. F
xv. Accipe gladiuz sanctū munus a deo: quo deij-
cies aduersarios populi mei israel Istos septem
effectus dum vbū dei in nobis fuerit: nos intus
reficit ⁊ confortat. Et ideo panis vocatur quo tur
be a christi successoribꝫ sunt cibādę. De Pane q̇-
dem vitatis diciť Exod. xij. Comedetis panes azy
mos. Et Leuiť. ij. Panes absqꝫ fermento offeretis.
quia veritas fidei sincera debet esse: ⁊ fermento he
retice prauitatis nō admixta. De Pane aūt qui ex
spe confortat diciť Leuiť. viij. Panes consecratio-
nis edite: qui positi sunt in canistro: sicut precepit
mihi deus. Panes enim spei (quia ex meritis in cō
scientia repositis surgit spes) edunt in loco sancto
qui ex tali spe propter conscientiā meritoꝝ refici-
untur. Panis autez charitatis. Josue. ix. Panes
quando egressi sumus d̄ domibus nostris vt ve-
niremus ad vos calidos sumpsimus. Quādo eīm
aliquis sua relinquit vt ad populum dei veniat:
oportet accipere refectionē verbi igniti: que per ca
lidum panem designatur. Ibi est panis calidus:
qui proponiť ante conspectuz domini. j. Corinth.
x. Panis autem potestatez perfectam dans: est de
quo diciť in Psal. ciij. Panis cor hominis confir
met. Hoc pane confortatꝰ est Paulus: vt contra
omnes posset in verbi dei potestate. Actuū. ix. Cū
accepisset cibum confortatꝰ est. Panis autem con
ferens libertatem ⁊ liberationē: est panis filioruz:
qui liberi sunt. Matth. xv. Non est bonuz sume-
re panem filiorū: ⁊ mittere canibus. Et iste est pa-
nis: quem de simila Abraam parauit angelis cū
repromissionē Isaac ī futuro per liberam accipe-
ret. Geñ. xviij. Accelera tria sata farine simile com-
misce: ⁊ fac subcinericios panes azymos: quia li
bertatem quam ex verbo dei habemus: sub tegu-
mento huius cinericie humilitatis occultamus.
Sextus autē panis qui reficit ex hoc ꝙ iniusticie
nostre aduersať: est q̇dem panis: sed non desidera-
bilis. Danieľ. x. Panem desiderabilem nō come-
di: quia desiderijs non obediui. sed refectus sū du
ro sermone domini aduersante mihi. Panis vin
cens falsitatem ⁊ in hoc reficiens: est panis verbi
per disputationē elicitus: qui conterit omnem fal
sitatis ⁊ mendacij panem. Esa. xxx. Panis frugū
terre vbicunqꝫ seminaueritis in terra: erit vberri-
mus ⁊ pinguis. Dulcissima enim veritas ⁊ pin-
guis: ad delectationē a patribus per disputationē
est elicita: omnem panem mendacij destruēs ⁊ eli
dens. De quo pane mendacij diciť Prouerbiorū
xx. Suauis est panis mendacij: ⁊ postea implebi
tur anima eius calculo. quia primo mendacium
heretice prauitatis suaue est homini decepto. Sz
cum in iudicio calculo veritatis arguitur: tūc con
uertitur in amaritudinē [Et precepit turbe] p G
Apostolos ordinantes eos per contubernia [dis
cumbere super terram] que corpus designat

z subijci debz. Sap.ix. Corpus quod corrumpit aggrauat animā: z deprimit terrena inhabitatio sensum mlťa cogitantem. Sic ergo instructi sunt Apostoli.

Et accipiēs septem panes: grās agens fregit et dabat discipulť suis vt apponerēt: z apposuerť turbe.

Tangit ea que faciunt ad Miraculi pfectionē Duplr. Ex parte christi faciētis: z Ex parte turbe comedentʒ. Ex parte qdem christi facientis tangit Quattuor: Acceptionē dei munerum: Collationē eorundē in dispensationē discipuloꝝ: z Per apostolos eorundē munerū in cōmunitatem z vtilitatem turbaꝝ distributionez: z Per pisciculos paucos: panum dulcoramentū. In Primo horū dicunť Quattuor: Munerū dei acceptatio: Munerum dei per quantitatē determinatio: Gratiaꝝ de muneribꝫ perceptis actio: z Ad cōmunicandū Fractio. Dicit igitur [Et accipiens] hꝫ est: dei munus acceptans: quia Omne quod dat deꝰ: acceptandū est. Esa.lvj. Holocausta eoꝝ placebunt mihi: z victime eorū placebunt mihi super altare meū. Ibi habent. Lxx. Munera tua accepta erunt super altare meū. Hoc autem altare ipsa diuinitate sanctificatū: manus christi est. Super hoc altare oīa dona oblata: deo sunt accepta z grata. Et in tali acceptatiōe qcquid nobis offertur: pmo dō debet esse oblatum: z nobis acceptū. Ad Philť.iiij. Repletus sum acceptis ab epaphrodito: que misistis in odorem suauitatis hostiam acceptā placentem deo [septem panes] Ecce Muneꝝ dei per quantitatē determinatio. Et sunt quidem pauca numero. Sed cum bñdictione dei sunt z sufficientia z abundātia. Et ideo potius in bñdictiōe dei qꝫ in muneribꝰ ē sperandū. Vñ i Psal.cxliiij. Aperiʒ tu manū t. z imples Supple: ad bñdicēdū: z imples oē aīal bñdictiōe. Hoc etiā testať vitatis inimicus. Job.j. Operibꝫ manuū eius bñdixisti: z possessio eius creuit in terra. Quia qꝫuis parua sunt que ad manus habemꝰ: hec tamē dei benedictione crescunt in abundantias [gratias agēs] Ecce Gratiarūactio de muneribus a deo acceptʒ. j. Thesť.v. In omnibus gratias agite. ij. Coꝝ.ix.

B Gratias ago deo sup inenarrabili dono eꝰ [fregit] Ecce Ad cōmunicandū dei dona fractio: vt i multos diuidi possint. Psalm̄.cxj. Dispersit dedit paupibus. Et hoc modo nō fit. quia Modo vnꝰ solus totum in se colligere conať: quod in oīs indigentes a christo frangitur. Esa.lviij. Frange esurienti panem tuū Threnoꝝ.iiij. Paruuli.i. humiles paupes petierunt panem: z non erat qui frangeret eis: quia Nostri tempis Sacerdotes z Abbates z ceteri Religiosi: totum ad se recolligūt vt integrum recipiant: quod a chr̄o in multos ē fractum [et dabat discipulis suis] Nō vt sibi retinerent: sed [vt apponerent turbis] Et tangitur Cōmissio mumeꝝ dei in dispensatōnē discipulorum. Omnia em̄ que committunť apostolis: dispensanda turbis committunť. Matth.xxiiij. Fidelis seruus z prudens quē constituit dominꝰ su

Nota te spūales

per familiam suaz: vt det illis cibum in tempore. Matth.x. Gratis accepistis gratis date. iiij. Reguz.iiij. Dixit helizeus filijs prophetarū Infūde turbe vt comedat: z nō erat amplius quicqꝫ amaritudinis in olla. Propter turbas em̄: z augent dona dei: z dulcoranť vt sapiant z placeant Psal. lxvij. Parasti in dulcedine tua pauperi deus [et apposuerūt turbe] Appositio notat qꝫ vnicuiqꝫ sibi competens collatum est: quia non est appositum per appropinquationē partis ad eū cui confertur: nisi vnicuiqꝫ quod sibi competit tribuatur Hinc est qꝫ Matthe.xx. dicit. Tolle quod tuum ē z vade. Tuū enim est: quod tibi ꝟm capacitatem z vsum vite proportionať. Et ideo Nō apponitur paruulo: quod competit perfecto. Nec cōpetit rustico: quod clerico est pportionatū. Nec militi expedit quod artifici est debituz. Matth.xxv Dedit vnicuiqꝫ ꝟm ppriam virtutem

Et habebāt pisciculos paucos: et ipsos benedixit z iussit apponi

Tangit hic panis dulcoramentuz. Pisces em̄ dulces sunt. Pisciculi autez humiles humilium dulces consolatiōes. Pauci vero ideo: quia raro z raptim per breue tempus in hac vita datur cōsolatio diuina. Talis autez consolatio nunqꝫ debet christi deesse discipulis: quin ṽbum consolationis semper sit in ore eorum. Non em̄ semp donare debent in terrore z timore. Unde Exo.xvj. Manna quod pluit dominꝰ: saporem habuit panis oleati: vt cum refectione etiam haberet saporis dulcoramentum. Similr Leuiť.ij.vj. z.xxiiij. Ubi dñs panes offerri pcepit: semper adiūgit: lagana oleo lita. Lagana autem panes frixi sunt in oleo: vt refectionis habeāt dulcoramentū. Et quia Panes: et Uirtutes z Dona z Gatias Sacramentales: z Uerbi dei effectus esse diximus. Et ideo cum consolatiōe dulcedinis oīa ista sunt miscēda. Unde Hebreoꝝ.xiij. Rogo vos autē fratres vt sufferatʒ verbum solacij quod scripsi vobis. quia Solacij verbum est quod cum consolatiōe est propositum. Eccl'iastici.vj. Uerbuz dulce multiplicat amicos. Ezech.xxxiiij. Cum austeritate imperabatis eis et cum potentia: z dispersus est grex meus. De Aser autem (qui beatus interpretať) dicitur Gene.xlix. Aser pinguis panis eiꝰ: z prebebit delitias regibꝫ [et ipsos] pisciculos [benedixit] vt sicut dictū est: z multiplicarētur ad sufficientiā: z dulcorarentur ad saporem. Sapie.xvj. Habentem in se omē delectamentuz: et omnem suauitatis saporem [et iussit apponi] quia Non p se dulcia ministrantur discipulis: sed pro subditis sibi cōmissis. Unde.iiij. Regum.iiij. Cum etiam amaritudo mortis esset i olla: tñ hāc ipsam Helizeus in dulcedinem conuertit: ne turba fidelium amaritudie diffideret. Et hoc fit quando Prelatus in dulcedine Uerbi z conuersationis et affabilitatis subiectis: verbum salutis proponit. Eccl'iastici Quadragesimonono. In oīi ore quasi mel indulcorabitur memoria eius: z vt musica in conuiuio vini. Ps. ciij. Uinum letificat cor hominis. Et ideo significat letificantia subiectos. H

Et manducauerunt et saturati sunt: et sustulerunt quod superauerat de fragmentis septem sportas. Erant autem qui mãducauerant quasi quattuor milia. et dimisit eos.

Tangit Perfectionẽ miraculi ex parte turbe comedentis. Tanguntur autẽ Quinq;. Comedentium generalitas: quia nulli abstinebant. Comedentium saturitas: quia nulli ianes ⁊ famelici remanebant. Superexcrescentiũ (al's Superexcrescentis) quantitat; quantitas: q̄ in alios paupes apostoli releuabãt. Comedentiũ numerosa quantitas: que ṽtutem diuine benedictionis ostendebat: ⁊ Saturatoꝝ dimissio: que domini benignitatem significabat. Dicit igit᷑ [Et manducauerunt] refectionem accipientes internã [et saturati sunt] quod ꝺ phantastica refectione non fieret. Prouerbioꝝ. xiij. Justus comedit ⁊ replet animã suam. Uenter autem impiorum insatiabilis. Psal. lxxvij. Manducauerunt ⁊ saturati sunt nimis: ⁊ desiderium eorum attulit eis dominus: non sunt fraudati a desiderio suo [et sustulerũt] Apostoli ⁊ Discipuli [quod superauerat] per excrescentiam [de fragmentis septem sportas] quia Cõmunicata gratia ĩ alios: ipsa gratia crescit in cõmunicante. ij. Corinth. ix. Q̄ autẽ amministrat semen serenti: ⁊ panem ad manducãduz prestabit: multiplicabit semen vestrum: ⁊ augebit incrementa frugum iusticie vestre: vt in omnibus omnem sufficientiã habentes: abundetis in omne opus bonuz. Prouerbioꝝ. iij. Honora dominũ de tua substantia: ⁊ de primitijs omniũ frugum tuarum da paupibus: vt impleantur horrea tua saturitate: ⁊ vino torcularia tua redundabunt.

Septem enim sporte: significãt id quod vniuersaliter (al's vtiliter) excrescit de gratijs dei proximo cõmunicat;. quia tot sunt sporte quot sunt panes: quia de vnoquoq; pane mystici intellectus superexcrescunt. Unde Dañ. xij. Pertransibũt plurimi ⁊ multiplex erit scientia. Uel Septem sporte: que sunt vasa munda in quibus portãtur panes: sũt impletiões Septem petitionũ: que in Dominica oratione continent᷑: que oĩs cõmunicatã gr̃a dei: ad proximũ superimplent᷑. Hoc est quod sub alia metaphora Gene. xlj. dicit᷑. Septem spice pullulabant in culmo vno plene atq; formose. Culmus enim ille in quo omniũ petitionũ nostrarũ pullulat vbertas: misericordia est cõmunicationis eorũ que nobis a domino commissa sunt in pauperes. Sic fit: quia Joelis. ij. dicitur. Implebũtur aree frumento: ⁊ redundabunt torcularia vino ⁊ oleo [Erãt autẽ qui manducauerant] Ecce Co-
I medentium numerosa quantitas [quasi quattuor milia] Quaternarius Uel ad mũdi plagas refert᷑: a quib; veniũt q̄ a deo saturãtur. Esai. xliij. Ab oriente adducam semen tuum: ⁊ ab occidente congregabo te: dicam aquiloni da. ⁊ austro noli prohibere. Mat. viij. Multi veniẽt ab oriente ⁊ occidente: ⁊ ab aquilone ⁊ meridie. ⁊ recumbẽt cum Abraam ⁊ Jsaac ⁊ Jacob in regno celorum. Millenarius autem refertur ad perfectionẽ premiorum. Quadratur enim millenarius in longũ latum ⁊ profundum ex denario. quia Decies decẽ decies: sunt mille. Et hec quadratura est quando premium respondet Capacitati nature: ⁊ Capacitati meriti: ⁊ Capacitati spei: ⁊ Capacitati largitatis diuine: Que satisfacit charitati. Luce. vj. Mensuram bonam ⁊ confertam ⁊ coagitatã et supeffluentem dabunt in sinũ vestꝝ. Uel forte Quattuor: ad quattuor referuntur passiones. Que sunt Timor: Spes: Tristicia: ⁊ Gaudium. Omne enim quod timetur elongabitur. ⁊ Omne quod speratur habebitur: ⁊ Omne cõtristans vincet᷑: ⁊ Oĩe quod gaudiũ facit exuberanter dabitur nob. Uel Quattuor referũtur ad ea que generaliter sunt in omni eo quod recte fit. Hoc enim ad rationem est electum. Hoc est: operanti debitum. Hoc in opere habet modum. ⁊ Hoc ipsum: cõtra impediẽtia est virtuosum ⁊ strenuũ. Et omne tale ad millenarium est perfectum: sicut diximus: Ad naturam: ⁊ Meritum: ⁊ Spem: ⁊ Largitatis diuine excessũ relatum [Et dimisit eos] Ecce Demõstratio diuine benignitatis. Dimittit enim in pace sine improperatione eos quos pauit. Jacob. j. Dat oib; abundanter ⁊ non improperat.

Et statim ascendens nauim cũ discipulis suis: venit ĩ partes dalmanutha. Et exierunt pharisei: et ceperunt conquirere cum eo: querentes ab illo signum de celo tentantes eum.

Hic ꝺ Miraculo facto contra inertiam (quam ex defectu boni inducit peccatum) plenam inducit instructionem. K Diuiditur autem hec pars in Duas particulas. Jn quarũ Prima Mala doctrĩa phariseoꝝ ⁊ peruersorũ corripit᷑. Et in Scd̃a Bona doctrina discipuli informant᷑. Jbi [Et dimittens eos ascendit iterũ]. Jn Priori aũt haꝝ Tria dicunt᷑. Primo eñ occasionẽ a loco accipiũt puersi cum dño cõquirendi. Jn Scd̃a ponit᷑ Jnq̄rentium puersa intentio: doctrinaz christi peruertẽdi. Jn Tertia Redargutio domini ponit᷑ cõtra istos ne facultatẽ accipiant malignandi. Dicit igitur [Et statim] dimissa turba [ascendit in nauim] vt a litore remotus: doctrine vacaret discipulorum [cum discipulis suis] Hoc est significatum Gene. vij. Ubi solus Noe cũ sua familia intrauit ĩ arcã: dimissis oĩb; in diluuio summersionis [et venit in partes dalma.] He ptes sunt iuxta Genesareth. Que Mat. xv. ptes magedon vocant᷑. Et sũt ptes idẽ locus. q; etiaz pleriq; codices in h̃ loco hñt magedan. Jnterp̃tat᷑ autem magedan: poma vl' hortus. Quia (ad litteram) in locis hortoꝝ poma ⁊ fruct; ferentiũ applicuerunt Jbi eñ Propt᷑ loci amenitatẽ. q; interlucentes horti fuerũt: ⁊ Propt᷑ vmbrositatẽ. q; feruor radij solaris ibi nõ accessit. Et q; solitari; loc; fuit: ch ri

stus cū suis libenter ꝯuersabat. Talia enī loca ⁊ a tumultu sunt sequestrata. ⁊ animos hominum eleuāt ad sapie diuine ꝯtemplationē ꝓpter loci solitudinē. Vocat āt dalmanutha: ħ est paupta s requescens supiꝰ. Quia in talibꝫ hortis paupes rusticani: de pomis hortoꝝ viuentes requeuerūt. Et ad illos instruēdos semꝑ declinauit dn̄s. De Primo dr Cañ. iiij. Hortus ꝯclusus fons signatus. Cañ. viij. Qui habitas in hortis amici auscultāt te. De Scd̄o dr Mat. xj. Lu. vij. Paupes euāgelizant. Eccli. vij. Ne oderis laboriosa opa: ⁊ rusticatiōem ab altissimo creatā. Q̄ʒ autē in talibꝫ locis doctrina sit ꝯueniēs sapie dicit Eccli. xxvij. Sicut rusticatio de ligno oñdit fructꝰ eius: sic verbū excogitatū hoīs: cor Supple oñdit. Hac igitur de causa ad talē locū dn̄s post turbaꝝ tumultū declinauit. [Et exierūt pharisei] sciētes q̄ in talibus locis quiescens cuꝫ discipulis freq̄nter inueniret. Unde Joan. xviij. Egressus est Jesus cum discipulis suis trās torrentē cedron vbi erat hortus in quē introiuit Jesus cum discipulis suis. Sciebat āt ⁊ iudas locū: q̄ freq̄nter iesꝰ ꝯueniebat illuc. Jta ⁊ isti loca talia ꝯseruabant vbi euꝫ tentarēt. Exisse autē dicunt de vicinis villis ⁊ ciuitatibꝫ in quibꝫ ꝯueniētes de malicia sue tentationis tractabāt. Exeuntes ergo sic ad eū [ceperunt cōquirere cum eo] de diuersis vt caperent eū in s̄mone. Quia erāt de talibus de quibꝫ dicit. ij. Timot. iij. Semꝑ discentes: ⁊ nunq̄ʒ ad scientiā veritatis ꝑuenientes: quia nō q̄runt ad ħ vt inueniāt: sed potiꝰ vt tentent ⁊ accusent. Eccli. j. Accessisti ad dn̄m maligno corde. ⁊ cor tuū plenū est dolo. Esa. xxxij. Fraudulenti vasa pessima sunt. Jp̄e enī cogitatiōes concinnabat aduersus mites: cū loqueret paupꝫ iudiciū [querētes ab illo signū de celo] Non inueniētes enī causam ꝯtradictiōis in Sapia: nitebant infirmitatē inuenire in Potētia: vt sic corā populo derisibilē facerent: qui se filiū dei diceret: ⁊ nullū de celo sue diuinitatis demōstraret signū. Signū autē de celo dicebāt: Sicut q̄ Vel Jgnē de celo eijceret Sicut Helias. iiij. Regū. j. Vel Solē ⁊ lunā stare faceret Sicut fec̄ Josue. x. Vel: Solē retrocedere faceret. Sicut fecit Esaias. iiij. Regū. xx. ⁊ Esa. xxxviij. Quasi parua quedā essent: Que fecit de terra Jn curatōne infirmorū. ⁊ Que fecit de abysso Jn suscitatōne mortuorū. ⁊ Que fecit de mari Jn sedatōe tempestatū. et Que fecit de aere Jn q̄etatione ventoꝝ. Non tamen hec ideo petunt q̄ illa si faceret nō calumniarent: Sed potius ideo: quia si non faceret: infirmitatē suam corā populo p̄dicarent. Videbantur autē in petitione inniti v̄bis Esaie. vij. qui regi israel hoc offerebat petendum Dicens. Pete tibi signum a domino deo tuo in profundū inferni siue in excelsum supra. Joel. ij. ⁊ Actuū. ij. Dabo prodigia in celo sursum: ⁊ signa in terra deorsum. Et est sensus. Acsi dicant. Si d̄ celo venisti: ꝓba in hoc q̄ signa de celo ostendas. quia Patres nostri sepe talia signa demonstrauerunt. Dicebant autē hoc [tentantes eum.] Ut de Jnani gloria notabilē facerent. Vel Jnfirmuꝫ coram ꝑplo demonstrarent. Filios autē se diaboli ostenderunt Qui sil'e aliq̄d attentauit cōtra dn̄m Matth. iiij. Si filius dei es mitte te deorsū. Cui respōdit dn̄s illud Deut. vj. qđ his etiā respōderi potest. Non tentabis dominū deū tuū. Mat. xxij Quid me tentatis hypocrite.

Et ingemiscēs spiritu ait Quid generatio ista signū querit? Amen dico vobis: si dabitur generationi isti signum.

Tangit hic Correptio. Et dicunt Tria. Gemitus ꝯpassionis peruersoꝝ. Demōstratio indignitatis signū querentiū: ⁊ Negatio cum ꝯfirmatione petitoꝝ. Dicit igit [Et ingemiscens spiritu] pro cōpassione peruersoꝝ. Cañ. ij. Vox turturis audita est: quia turtur gemit pro cantu. Ps̄. lxxviij. Gemitꝰ meus i ꝯspec. tuo sp. Jo. xj. Jesus fremens in semetipso venit ad locū [ait] Oñdēs petentiū signum indignitatem [Quid generatio ista signum querit] Signum enim q̄ʒuis exhibeat infidelibus: qui (al's quia) per hoc ad fidem trahunt. j. Coꝝ. xiiij. Signa non fidelibꝫ sed infidelibus data sunt. Tamen signum non fit nisi in fide ⁊ deuotione eccl'ie: q̄ʒuis ab his aliquādo fiat qui fidem non habēt formatam: sed informatam. Et ideo dicit Augustinus q̄ Signum impetratur in fide ⁊ deuotione ecclesie. Hi autem nō st̄ digni quibus signum exhibeatur. Mat. vij. Nolite sanctum dare canibus: ⁊ margaritas nolite spargere ante porcos. quia Jsti per signa nō attraherentur qui venerant ad tentandum. Adhuc autem Jsti penitentie locuꝫ petere deberent: ⁊ se indignos reputare ad signa videnda (al's videndum) ij. Paralip. vl. Nō sum dignus videre altitudinē celi pre multitudine iniquitatis mee. Luc. xvij No lebat oculos ad celum leuare [Amen dico vobis] Confirmatio est de Negatione signi [si (al's nō) dabitur generationi isti signum] Juramentum est execrationis. Acsi dicat. Si dabit ⁊c̄. non credatur mihi. Unde Glo. dr: Non dabit generationi isti: que Viperea ē ⁊ Adulterina. Viperea: quia lacerat veneno detractōis om̄e qđ videt. Luce. iij. Genimina viperarū quis vobis demōstrauit fugere a ventura ira. Adulterina āt. q̄ etiā signa que videt: deo vero anie sponso nō attribuit. sed beelzebub. Mat. xij. ⁊ Lu. xj. Generatio mala ⁊ adultera signū querit: ⁊ signū non dabit ei

Et dimittens eos ascendit iterum nauim: et abijt trans fretum. Et obliti sunt sumere panes. et nisi vnum panem non habebant secum in naui.

Scd̄a ps Jn q̄ dimissis Jndignis: instruit dignos de miracl'o fctō. Hꝫ aūt Tres parag̃phos. M
Jn q̄ꝝ Primo A Negocio sumit instructiōis occasionē. Jn Secundo ponit Jnstructionem. Jn Tertio: Male intellecte instructionis ponit interpretationem. Jn Primo horum dicit Tria. Jndignorum dimissionem: Cum dignis ad locū

aliū nauigationē: ꝛ Negociū a quo instruēdi acci pit occasionē. Dicit igit [Et dimittens eos] phariseos sicut indignos. Osee. iiij. Dimitte eos: separatū ē cōuiuiū eoꝝ. Nō em̄ spūalis epuli debent esse cōuiue: q̄ indigni sunt ꝛ tētantes veniūt [Ascēdit iterū in nauim] ad aliā ripā trāsiēs. Et h̄ est [et ibant] ipse et discipli [trās fretū] genesareth: Ubi tētantes nō fuerit. Abbac. iij. Uiam fecisti in mari equis tuis in luto aqꝝ multaꝝ. Equi sūt Apl'i dn̄m circūportātes. Lutū aūt tenaꝝ mūdi cōcupia: q̄ tales equos tenere n̄ potuit. Esa. lj. Dedisti in mari viā vt trāsirēt liberati [et obliti sunt] Ecce Negociuȝ vn̄ sumit instruēdi occasio [et obliti sūt] vt hoies. Dic aūt Priscianus (al's Aug⁹) Nulli⁹ rei obliuisci: sed oīa h̄re memoriam: nō hoīs nature ē sed dīne. Tn̄ hec obliuio a diuina fuit dispēsatiōe. Psal. Jacta cogitatū tuū in domino: ꝛ ipse te enutriet [Panes sumere] Sicut em̄ dicit glo. Qui secū h̄n̄t panē vite chr̄m: cui⁹ qui reficiunt amore: min⁹ curāt de terreno pane [et nisi vnū panē] quem casu aliq̄s pueroꝝ sūpserat [nō habebāt in naui] q̄ tn̄ ad tot hoīȝ refectionē [nō sufficiebat] Sportas em̄ q̄s intulerant: in cibos pauperum erogauerant

Et p̄cipiebat eis dicēs. Uidete ꝛ cauete a fermento phariseorum ꝛ fermento herodis.

Ecce hic ponit Instructio. Scȝ. Cautele preceptio [Uidete] p̄ Intellect⁹ discretionē [ꝛ cauete] p̄ Fidei puritatē [a fermēto] h̄ ē: corruptiōe. j. Coꝝ. v. Expurgate vetus fermentū vt sitis noua cōspersio [phariseoꝝ] Glo. Hoc ē: Legē dei: traditionib̄ hominū postponere: vel Uerbis p̄dicare: factis impugnare: Dn̄m tētare: Doctrine eius vl' opib̄ nō credere. Hec em̄ fuit corruptio phariseorū Ose. vij. Quieuit ciuitas paululū a cōmixtione fermēti: donec fermētaret totū [ꝛ a fermēto] h̄ ē: corruptiōe [herodis] Cui⁹ fermētū vt dt glo. est Incest⁹ adulteriȝ: Homicidiū: Temeritas iurandi: ꝛ Silētio religionis. j. Coꝝ. v. Modicum fermentū totā massam corrūpit. Fermentū ei spūalē hȝ calorē in totā ꝯspersionē (al's i tota ꝯspersione) vaporabilit diffusa. Et sic facit prauitas heretica: que totā corrūpit doctrinā ꝛ vitā chrīanā. Et ideo diligēter est excludēda. ij. Tim̄. ij. Multū p̄ficiūt ad impietatē: ꝛ sermo eoꝝ vt cancer serpit. Talib̄ em̄ fermētis sana doctrina corrūpit ꝛ aplica.

Et cogitabant ad alterutrū: dicentes: quia panes non habem⁹.

Hic Male intellecte instructiōis ponit interpretationē. Et habet Duas particulas. In q̄ꝝ Prima ponit Malū intellectū: p̄pter quē necessaria ē interp̄tatio. In Scd̄a aūt Interp̄tationē: que est Mali intellect⁹ correctio. Dicit ḡ [Et cogitabāt ad alterutrū] occulte sibi inuicē significātes ꝛ [dicētes] sub silentio [qꝛ panes non habem⁹] Putabāt em̄ q̄ h̄ ideo dn̄s diceret: qꝛ veniens trans mare galilee: vbi erat p̄tās herodis: ꝛ vbi multi pharisei habitauerūt: nollet ab ip̄is accipe refectionē. Et ideo ad refectionē dn̄i ꝛ suoꝝ necessario erāt panes secū accipiēdi. Nō aduertentes. qꝛ his q̄ cum dn̄o in domo sua sūt: nihil deesse poterit. Ps̄. xxxiij. Timete dn̄m oēs sancti eius: qm̄ nihil deest timentib̄ eū: req̄rentes aūt dn̄m: nō minuent om̄i bono. Et ad hūc sensū p̄uersum. intellectū eorū corrigit dn̄s. Et hoc est qd̄ subdit.

Quo cognito: Jesus ait illis. Quid cogitatis quia panes nō habetis: Nondū cognoscitis nec itelligitis: Adhuc cecatū habetis cor vestrum? Oculos habentes: nō videtis. et aures habentes: non auditis. Nec recordamini quando quinq̄ panes fregi in quinq̄ milia: et quot cophinos fragmentoꝝ plenos sustulistis? Dicūt ei Duodecim Qn̄ et septem panes in q̄ttuor milia: quot sportas fragmentorū tulistis? Et dicūt ei: Septem Et dicebat eis Quomodo nondū intelligitis.

Dicunt aūt hic Tria. Scȝ. Dīne p̄tātis indiciū. Redargutio diuinā p̄tātem ex opib̄ nō intelligētium: ꝛ Illuminatiōis ad intelligendum beneficium. Dicit ergo [Quo cognito: iesus] p̄ deitatis potentiā nullo nūciante Eccl̄i. xxiij. Ocl'i dn̄i lucidiores sūt sup solē: intuētes in abscōditas ptes [ait illis] Corrigēs errorē intellēs eorū [Quid cogitatis] Obiurgatio est. Et est Quadruplex. Prima De p̄uerso intellectu h̄monis [Quid] h̄ est quare [cogitatis] cōferēdo in cordib̄ vestris [qꝛ panes] materiales [nō habe.] vobiscuȝ. Mat. vj. Nolite solliciti esse: dicētes: q̄d māducabimus aut q̄d bibem⁹. Scit em̄ p̄r vester celestis q̄d vob necesse sit [Nondū cognoscitis] Scd̄a Obiurgatio De defectu interioris cognitōis: q̄ sciri de facili poterat ex iustis (al's iusticie) signis. Est aūt Cognitio: accepta ex sensib̄ exp̄imentalis scia: quā discipuli de facili habere potuissent. Et ideo obiurgationem accipiunt. quia saltem hanc non h̄n̄t. Unde Luce. xxiiij. O stulti ꝛ tardi corde ad credendū. Intellectus autem vocatur hic quādo ex cognitione experimentali intus in corde legitur: q̄ non nisi a diuina potestate tale procedit opus. Et quia etiam hunc intellectum de facili habere poterant: propterea de defectu huius intellectus: ꝛ apostolos dominus obiurgat: Dicens [nec intelligitis] Psal. lxxxj. Nescierunt neq̄ intellexerūt qui in tenebris ambulant [Adhuc cecatum habetis cor vestrum] Tertia est obiurgatio de defectu illūiatiōis interioris: q̄ ꝛ dīna illūinare poterat si habita fuiss. Dicitur enim cecum cor quod diuina desup immissa caret illūiatiōe. Esaie. vj. Exceca cor populi huius. ij. Coꝝ. iij. Uelamē ē positū sup

al's sensibilib̄

n

cor eoꝝ [oculos habētes] Quarta obiurgatio De defectu ordinis Sensuū ad Rōnem: ex q̄ contingit: quia (al's ꝙ) fides ex auditu non accipit᷑ Et hoc est qd̓ dicit [Oculos habētes] Cū Uisus sit sensus disciplinalis: qñ ad rationē visus ordinat᷑ [nō videtis] ꝑ rationē visa discernentes. [ꝛ aures habentes] Cū audit⁹ etiaꝫ sit sensus disciplinalis [nō auditis] auditu interiori discernēte de acceptis ꝑ auditū. Esa. vj. Aures ei⁹ aggraua ꝛ oculos eius claude. ps. cxiij. Oculos habent ꝛ nō videbūt aures habent ꝛ non audient

[Necrecordamī] Hic excitat ad illuminationis bñficium: ꝑ duo miracula panum que fecit [Necrecordamī] corde: ꝛ memoria p̄terita reuocante ad cordis oculos [quādo quinq; panes] Sup̄. vj. [fregi] distributos [in quinq; milia] saturāda. exceptis mulierib; ꝛ paruulis. [ꝛ quot cophinos plenos] qui magne sūt vasa capacitatis [fragmētorū: sustulistis:] ī alios paupes erogādos (al'as erogādo) [Dicūt ei] discipuli dño veritatē cōfitentes [Duodecim] ſm numeꝝ apl'oꝝ. Jn quo oñditur ꝙ oib; sufficientiā de⁹ mīstrabit suis [Quādo ꝛ septē panes] in secūdo miraculo [in q̄ttuor milia] fregi distribuēdo [q̊t sportas] Uasa mīoris capacitatis: tñ capiētia vltra sufficiētiā hoīs [fragmētoꝝ tulistis:] A discipul' querit: vt ꝯfitētes veritatē: magis sint in recordatōe miraculi [Dicūt ei] discipuli dño [Septē] Jn q̄ notat᷑ abūdātia donoꝝ dñi [Et dicebat illis] occasionē sumēs ex verbis eoꝝ [Quō nōdū] Tot signis visis: Tot eruditōib; audit; : Tot exēplis ostēsis [itelligitis:] Acsi dicat. Hoc mirū est de vob. Matthei. xvj. Quare nō intelligitis: q2 nō de pane dixi vob. cauete a fermēto phariseoꝝ ꝛ saduceorum. Tūc intellexerūt: q2 nō dixerat cauendum a fermēto panū: sed a doctrina phariseoꝝ ꝛ saduceoꝝ. Sic ergo terminata est pars q̄ est de miraculi huius Jlluminatione.

Et veniūt bethsaidam: et adducūt ei cecū: ꝛ rogabant eū vt tangeret illum.

D Hic inducit᷑ Miraculū ordinatū ꝯ defectū relictū ex pctō. q̇ (al's quod) est Cordis obscuratio. Diuidit᷑ autē in ꝑtes Duas. Jn quaꝝ Pria Potentiā leonis manifestat in miracl'o. Sed q2 ostēsa ptāte nō satis adhuc intelligit᷑: Jō in Secūda ꝑte adiūgit doctrinā ꝑ quā explanat᷑ Jbi [Et ingressus est Jesus ꝛ discipuli ei⁹ in castella.] Historia autē miraculi diuidit᷑ in Tres ꝑtes. Jn q̄rū Prima ponit᷑ Jmpetrātiū miraculū deuotio Jn Scd̓a miraculi ꝑfectio. Et in Tertia Hūilitatis ꝯ elationē que ex magnalib; surgere consueuit ponit᷑ instructio. Jn Prima haꝝ Tria dicuntur. Scꝫ. Loci oportunitas. Eoꝝ q̇ cecū adduxerunt dignitas. ꝛ Intercessiōis simplicitas. Dicit g̊. [Et veniūt bethsaidā] que ē ciuitas sup̄ mare Galilee: vnde fuerūt Andreas et Petr⁹ ꝛ Philippus: ꝛ Nathanael frater su⁹. Et ideo ad honorē talis loci ꝯgruū fuit ibi fieri miraculū. Adhuc autē q2 Bethsaida domus venatōis interp̄tatur. ꝛ ideo de venatione sua benedict⁹ a deo fili⁹: aliquē gustū sūmo pr̄i deo afferre (al's offerret) ꝯpetēs fuit. Hiere. xvj. Mittā eis venatores multos ꝛ venabunt᷑ eos. Gen̄. xxvij. Affer mihi de venatione tua vt comedā: ꝛ bñdicat tibi anima mea [et adducūt ei] hac digni adductiōe. quia noti fuerūt: apl'oꝝ cōpatriote exñtes [cecū] Qui ꝯuenienter ducit᷑ ad illuminatorē. Joā. ix. Quādiu in mūdo sum: lux sum mūdi. Jtē Jbidē. Ego ī iudicium veni in mundū: vt q̇ nō vidēt videāt. Ductio aūt istoꝝ deuotionē ꝛ fidē eoꝝ designat: ꝑ que digni sunt impetrare qd̓ petūt. Mat. xxj. Soluite ꝛ adducite mihi [Et rogabāt eū] Ecce Intercessionis simplicitas. Jacob. v. Orate ꝑ inuicē vt saluemini. Multuꝫ em̄ valet dep̄catio iusti assidua [vt illū tāgeret] firmiter credētes ꝙ ad tactuꝫ sue man⁹: deitas vnita manui salutē oparet᷑. Job v. Percutit: ꝛ man⁹ eius sanabūt. Sicut aūt tangi petebāt extra: ita tangi ꝑ cōpunctionē petebant intra Scientes ꝙ nisi peccatū intus soluat᷑: infirmitas extra nō curatur. Et hoc est qd̓ dicit: Jnt'. Tangit᷑ qui compungit᷑. Ps̄. cxliij. Tange montes. hoc est: superbos: ꝛ fumigabunt

Et apprehensa manu ceci eduxit eū extra vicū: ꝛ expuēs in oculos eius impositis manib⁹ suis interrogauit eū si aliq̇d videret

Hic tangit᷑ Miraculi ꝑfectio. Est aūt hic Duplex ꝑfectio. Una Significatōnis. Que est Difficultas purgatōis reliquiaꝝ pcti. ꝛ Altera Significās ꝑfectōis potētie medici Primū est Duplex. Scꝫ. Ex parte medici: cui⁹ potētia pōt sup̄ morbū. Altera Ex ꝑte morbi: cui⁹ difficilis est cura ex parte infirmi Dicit igit᷑ Jn Prio Quattuor. Quorum Primū est de Coniunctiōe infirmi ad medicum cum dicit [Et apprehensa manu ceci] hoc est potentia operatiua ceci: Ut Jntus potentia operatiua obicem operatrici gratie nō poneret Jdeo eam manus gratie apprehendebat ꝛ tenebat. Psal. lxxij. Tenuisti manū dexteram meam: ꝛ in voluntate tua deduxisti me: ꝛ cum gl'ia suscepisti me. Manus em̄ hec est que formauit in creatione. Sed nunc apprehendit ne a reformatōne excideret sicut exciderat a formatione. Job. xix. Manus tue domine fecerunt me: ꝛ plasmauerunt me totum in circūitu: ꝛ sic repente precipitas me. P

Si autem queritur Quare manū apprehendit cū ocl'os sanare d̓buerit. Dicem⁹ ꝙ man⁹ vt dicit Philosophus Jnstrumentū ꝛ organum est intellectus. Et est organum organorum: quod in diuersas congruit operationes: que diuerse operationes non congruunt nisi intellectui mouenti: q̇ est oculus interior. Et id̓o vt significet ꝙ causa ab interiori incipit: organum interioris apprehendit Unde glo. d̓t ꝙ Manū apprehendit: vt ad bonuꝫ opus confortet. Matth. viij. Extendens manum iesus apprehendit eū [eduxit eū ex. vic.] Scd̓m est Remotio impedimenti curationis. Quia in vico in tumultu occasionis pctōꝝ: non p̄t curari.

In his em̄ vicis ꝛ plateis. ħ est: vijs strictis ꝛ lat; concupie: sponsa nō inuenit deū. Cañ. iij. Esa. xlij Educ foras ppl'm cecū. Geñ. xix. Non stes in omni circa regione: sed in monte extra hoies pctōres sal; uum te fac [et expuens in ocu. eiꝰ] Tertiuz est Qd ē Applicatio saporis sapie dine. qꝛ saliua: et a capite descēdit: ꝛ salis habet saporē. Et significat donū sapie: quod a capite chr̄i di descēdit: ꝛ sapore suo gustū peccati tollit: qd velamen oculis interiꝰ obduxit. Unde Jo. ix. Lutum fecit ex sputo ꝛ lini; uit oculos meos: ꝛ laui ꝛ modo video. Uñ Glo. Expuens vt videat ꝑ flatum spūssancti voluntatē dei. Et [impositis manibꝰ suis] Quartum est qd significat Applicationez exempli exterioris. qd in humanitate ostēdit. qꝛ hec etiā lux sunt ad illu minandū. Joā. viij. Ego sum lux mūdi: qui sequit me nō ambulat in tenebr;. Unde etiā Apl'is exem pluz dñi sequentibꝫ dr̄ Mat. v. Luceat lux vestra coram hoibus vt videāt vestra opa bona: ꝛ glorifi cent patrē vestruz q in celis ē. His Quattuor ad; hibitis: Intus: Adiutorio grē Applicatione sapie: ꝛ Extra: Remotione impedimēti: ꝛ Adhibitōe ex; empli [interrogauit eū siqd videret] Non qd (al's ꝙ) ignorās interrogat. Sed docēs ꝙ de; fectus īterior (q ē ex peccato) ñ curat (al's causat) si; ne nostro ꝯsensu ꝛ volūtate. qꝛ dr̄ Sap. j. In ma; liuolam aiam nō introibit sapia: nec habitabit in corpe subdito peccatis. ħ est: ꝙ adhuc subiectum vult esse peccatis. Interrogat g̃ vt ꝯsensum in cu rā (al's cura) eliciat. Nō vt ħ qd nesciuit addiscat.

Et aspiciēs ait: Uideo homies velut arbores ambulantes

Tangit hic Inceptionez cure ex parte infirmi. Que Difficultatē significat recessus reliquiaruz (al's de reliquijs) peccati. Uñ dic ꝙ [Aspiciēs] ħ est iam aspicere incipiēs [ait] Significās sibi aliqd de lūie grē apparere. Dañ. vij. Aspiciebā in vi su noct;. ħ est: visu adhuc permixto tenebris [Video] visu grē [hoies] rōnales: quos añ rōnales videre nō curaui [velut arbores] qꝛ coadunatū visum nō habuit: ꝛ ex humore infirmū visum ha; buit. Talibꝫ em̄ breuia longa: ꝛ parua magna vi; dent [ambulātes] qꝛ etiā stantia talibꝫ moueri vident. Sicut om̄ibꝫ per expimentū patet qui in; firmū habēt visum ex humore defluente in pupil; lam. Significat spūal'r ꝙ qdiu aliqs humorem ꝯcupie habet feruentē ad oculū cordis: coaduna; tum (al's ordinatū) visum intellēs habere non po terit. Et hoc ideo fuit ꝙ longa cecitate obtenebra; tus fuit. ꝛ ideo ex parte sui lumen cito redire nō po tuit Ps̄. cviij. Cor meū conturbatū est: dereliquit me ꝟtus mea: ꝛ lumē oculorum meorum ꝛ ipum non est mecum

Deinde iterū imposuit manus super oculos eius: et cepit videre: et restitutus est: ita vt clare vide; ret omnia.

Tangit Potentiā leonis de tribu Juda super
Q cecitatē ab inimico lūis ꝓcuratā Dicēs [Iterum impo. manꝰ super ocu. eꝰ] Hec aūt iterata ma nus impositio: significat potētiam grē redimētis: que ꝑ christuz facta est. Illa em̄ oēm extersit a nob cecitatē. Jo. j. In ipso vita erat: ꝛ vita erat lux ho; minū: ꝛ lux in tenebris lucet: ꝛ tenebre eā nō com; prehenderunt. Sed potiꝰ ipsa lux tenebras om̄s dissipauit. Et hoc est qd dr [et cepit videre] cla re [et restitutꝰ est] sanitati [ita vt vid. clare] hoc est: distincte ꝛ discrete [omia] visibilia. Ps̄. xij. Illumina ocl'os meos ne vnq̄ obdormiam in morte. quia In dormitatiōe oculi obtenebrantur. Psal. cxviij. Reuela oculos meos: ꝛ considerabo mirabilia de lege tua

Et misit illum in domū suaz: di cens. Uade in domū tuā: etsi in vi cum introieris nemini dixeris.

Hic icipit Doctrīa (al's Dogma) cautele. Et di; cunt nisi Duo. Scz. Custodia sui. ꝛ Custodia hu; militat;. Custodia sui adhuc Dupl'r. Custodie dis cussio īportat ꝑ ħ ꝙ dr [Et mi. illuz ī do. su.] vt familiā ꝓprie domꝰ discuteret: ne ī ea pcti occasionē hret. Prou. vlti. Cōsiderauit semitas domꝰ sue: ꝛ panē ociosa nō comedit. Geñ. xviij. Scio qꝛ p̄ce; pturꝰ sit domui sue ꝙ timeat me [dicēs] [Vade ī do. t.] Custodia tuij psiꝰ. Sapi. viij. Intrās ī do; mū meā cōquiescā cū sapia. Nō em̄ hꝫ amaritudi nē cōuictꝰ eiꝰ: neqꝫ tediū ꝯuiuatꝰ illiꝰ [etsi in vi cū itroieris] Preceptū est cautele. In vicū autē intrare ē cū mūdanis ꝛ pctōribꝫ conuersari in me; dio praue ꝛ ꝑuerse natiōis. Ad qs vir sctūs intrat vt eos ꝯuertat: ij. Pe. ij. Aspectu em̄ ꝛ auditu iustꝰ erat: habitās apd eos q d die in diē aiaz iustā ini; qs opibꝫ cruciabāt [nemī dixeris] ad iactantiā vanitat;. Tñ dicere poterat ꝛ debuit ad p̄dicatōez dine laudis. Ps̄. xxxviij. Posui ori m custodiā cū ꝯsisteret pctōr aduersū me. Obmmutui ꝛ ñ ape; rui os meū. Hec ē igr̄ sñia de Intētōe historie hu ius miraculi contra defectū peccati inductū.

Et egressus est iesus et discipu li eius in castella cesaree philippi: et in via interrogabat discipulos suos: dicens eis. Quem me dicūt esse homines? Qui responderūt ei dicentes: Alij Joannē baptistam: alij heliam: alij vero quasi vnū de prophetis. Tunc dicit illis. Uos vo quē me eē dicitis? Respōdēs Petrus: ait ei. Tu es christus Et comminatus est eis: ne cui diceret de illo.

Post Ptātis sue opatōez Dat ħ eiusdem ptātis manifestationē ꝑ doctrinā quā ꝯñr hic ponit post miraculū. Duo autē sunt documēta. Ostendit em̄ Primo Q ̄ hec Potestas fundat eccl'iaz. Et Se; cūdo ostēdit Q ̄ hec Ptās eternā cōfert gloriam.

Capitulum. VIII.

Ibi [Et dicebat illis. Amen dico vobis: q̃ sunt q̃
dã d̃ hic stantib⁹ ⁊c̃.] Adhuc autẽ Prior diuidit̃
in partes Tres. In q̃ꝝ Pria õndit Q̃ ista diui
na Ptãte: fundat̃ ecc̃lia. In Scd̃a õndit Q̃ ista
diuina Ptãs: infirmitate passiõis pficit̃ in gr̃a:
Ibi [Et cepit docere eos: q̃m op̃tz filiũ hoĩs ⁊c̃.]
In Tertia aũt Fundatos in gr̃a monet ad seq̃n
dũ in hũilitat̃ ⁊ patiẽtie via. Ibi [Et vocata tur/
ba cũ discipul̃] Adhuc aũt in Pria d̃t Tria. Scz
Inq̃sitõis fame de ptãte sua occasionẽ. Et Ipam
de fama q̃stionẽ. Et Hũilitatis instructionez. In
Primo hoꝝ Tria notant̃. Scz. Honestas eorũ
a q̃bus q̃rit̃. Locus vbi q̃rit̃. et Ipa inq̃sitio. Di/
citigit̃. [Et ingressus est iesus] auctor salut̃
cui⁹ oĩs actus: ingredi fuit. Ezech. x. Unũquod/
q̃ aĩaliũ ante faciẽ suã erat ĩgredi. Hoc est: dispo/
sitũ ⁊ extẽsum ad ingrediendũ. Ps̃. lxxxiij. Ibũt
de ṽtute ĩ virtutẽ [⁊ discipuli ei⁹] Ecce Hone
sta societas. Fama eni honoris ⁊ ṽtutis a bonis
⁊ not̃ exhiberi desiderat̃: Ut dicit Phus [in ca/
stella cesaree] Ubi honesto negocio dediti erãt
Hoc est: fidei predicatõni ⁊ virtutis doctrine. ij.
Corin. ij. Deo aũt gr̃as q̃ odorẽ noticie sue spargit
p nos in omĩ loco. Act. x. Pertrãsiuit bñfaciẽdo
⁊ sanãdo oẽs opp̃ssos a diabolo q̃m de⁹ erat in il
lo. Hec eĩ castella sunt Munita ṽtute. Geñ. xxxij
Castra dei sunt hec. Munita aũt hũilitate. Lu. x.
Intrauit Jesus in q̃ddã castellũ Et sũt cesarea. h̃
est: possidẽtia p̃ncipatũ gr̃e dignitate. Michee. v.
Nõ es mima in p̃ncipib⁹ iuda. Hoc ẽ: in castris
iuda p̃ncipib⁹ existẽtia. Et est Trãslat̃. lxx. Nr̃a au
tẽ habet. in milib⁹ iuda. hoc ẽ: in castris iuda: que
s̃t tot milia [Et in via] Ecce loc⁹: q̃ in via in sua
laude: nõ diu morãs: Sed poti⁹ in trãsitu: ad edi
ficationẽ de ea ab honestis q̃rens. In via autẽ q̃/
rebat vt Interl̃. dicit: Ut nec in eũdo docere cessa
ret. p̃s. cxxx. Neq̃ ambulaui in magnis: neq̃ in
mirabilib⁹ sup me. ij. Coĩ. xij. Si gl̃iari oportet:
nõ expedit q̃dem. [interrogabat discipulos
suos] Quib⁹ oĩa sua nota erãt. ⁊ Qui tãte erãt bo
nitatis q̃ adulãdo nihil dicebãt. p̃s. cxl. Oleũ pec
catoris nõ impinguet caput meũ. Adhuc ãt Qui
fidei doctrina indigebant. Matth. xiij. Uob da/
tũ est nosse mysteriũ regni dei: ceteris aũt in para/
bolis. Dedit autẽ exẽplũ Prelatis: Ut etiã ab in
ferioribus famã suam discerẽt. quia sic cauti⁹ alioꝝ
subditorũ suoꝝ famã dĳudicarẽt. Job. xxxj. Si
contempsi iudiciũ subire cum seruo meo ⁊ cum
ancilla mea cum disceptarent mecũ. Quid eniz fa
ciam cum surrexerit ad iudicandũ dominus. et
cum interrogauerit q̃d respondebo illi: [dicẽs]
ad formam exempli et doctrinã veritatis [Quẽ
S me dicunt esse homines] hoc est: In tali pote
state miraculorũ videntes: Quem in persona et
natura dicunt esse: Natura enim ex potestate co
gnoscitur. ⁊ persona ex natura. Quia si diuina est
natura: tunc is qui opatur est diuina persona. q̃
operatio psone: et potestas operandi est nature.
Joannis. iij. Scimus quia a deo vẽisti magister.
Nemo enim potest hec signa facere que tu facis.
nisi fuerit deus cum illo. Sic ergo a bonis (al̃s
ab omnibus) scientib⁹ audita dĳudicare querit.

Qualem de ipso habeãt hoĩes opinionẽ. Matth.
xvj. Uenit iesus in ptes cesaree philippi ⁊ interro/
gauit discipulos suos: dicẽs. Quẽ dicũt hoĩes eẽ
filiũ hominis. Filium em̃ hominis vidẽt hoĩes:
sed conĳcere pñt de filio dei per opa [Qui rñde/
runt illi dicẽtes] Nõ ignoranti. Sz rñsionem
audire voluit: Ut conuenientẽ instructiõis eoruz
acciperẽt occasionẽ: ⁊ Ut fidei sincere diceret (al̃s
dicerẽt) ꝯfessionẽ: ⁊ In illa pficeret eccl̃e fundatio/
nem. Et idõ Duo rñdent: Opinionẽ hoĩm: ⁊ Sue
fidei solidũ veritat̃ fundamentũ. Opinio aũt ho/
minũ: magna q̃dem est: sed nõ sufficiẽs tripertita.
Uñ dicunt [Alĳ Joannem baptistam] Et
fuit opinio Herodis. Sicut d̃r Mat. xiiij. Joan
nes baptista surrexit a mortuis. Et ideo virtutes
operant̃ in illo Sed obĳcit̃ contra hoc q̃a Jo. x.
dicit̃. Joannes q̃dem signũ fecit nullũ. Oĩa aũt
que dixit Joannes de isto vera sunt. Cum g̃ Jo/
annes nullum signũ fecerit: quomodo probabile
fuit Joannem esse christum: quia christus multa
signa fecit. Ad hoc dicendũ q̃ Joannes tante vite
fuit sicut d̃t Gregorius: q̃ ꝑter vite eminentiam
a mult̃ christus crederet̃. Sed ꝑter resurrectio/
nẽ. q̃ resurgẽtes maior̃ potẽtie sunt q̃ añ resurre
ctionẽ: Credebãt q̃ Joannes p potentiã resurrecti
onis signa ⁊ virtutes operaret̃. Maxime q̃ disci
puli chr̃i baptizabant: quod ⁊ officium Joannis
fuerat [Alĳ Heliam] Propt̃ Duas cãs. Qua/
rum Una fuit. quia in illo figura baptismi ĩ trãsi
tu Jordanis: ⁊ diuisione p̃cesserat. iiij. Regum. ij.
Alia autẽ causa fuit. quia Heliam aduentũ chri/
sti p̃cedere prophetatũ fuerat. Malach. vl. Mit/
tam vobis heliam ꝓphetã anteq̃ veniat dies do/
mini magnus ⁊ horribilis (al̃s terribilis) vt ꝯuer
tat cor patrum ad filios: ⁊ cor filiorum ad patres
eorum: ne forte veniam et precipiã anathematiza
re. Putabant em̃ isti chr̃i aduentũ in fastu ⁊ glo/
ria mundi esse venturũ. ⁊ videntes dominũ in hu
militate: non putauerunt ip̃um esse christum: sed
antecessorem eius heliam [Alĳ vero quasi vnũ
ex prophetis] Hec opinio Duplex fuit. Quidã
enim dicebant ip̃um esse illum prophetã qui vni/
cus ⁊ singularis loco legislatoris in omnib⁹ erat
audiẽdus. Deuterono. xviij. Prophetam vobis
suscitabit deus de fratribus vestris: tanq̃ me au
dietis illum. Et s̃m hoc sensus est [quasi vnuz]
hoc est: quasi vnicũ ⁊ singularem: qui est ex ꝓphe/
tis in lege promissus. Alĳ autem exponunt istud
de propheta non principali. Et illi etiam in Duo
diuiduntur. Quidam enim dicebãt eum esse Hie
remiam. quia Mat. xvj. dicit̃ [Alĳ vero Hiere
miam] Et hi sue opinionis ratõnẽ: accipiebant
A sanctitate ⁊ benignitate domini: que in Hiere/
mia prefigurata est: ⁊ A patiẽtia quam habuit in
passionibus tribulationum. Eccl̃iastici. xlix. Ma
le tractauerunt illum qui a ventre matris conse/
cratus est propheta: euertere et perdere: et iterum
edificare et renouare. Et q̃ dominũ videbant euer
tere traditiones antiquas: ⁊ quedaz noua facere.
putabãt ip̃m esse hieremiã. Et p̃cipue ꝑter patien
tiam passionũ. Hiere. xj. Ego quasi agn⁹ mansue
tus qui portat̃ ad victimã, ⁊ nõ cognoui quia co/

gitauerūt contra me cōsilia: dicētes. Venite mittamus lignū in panē eius: ꝛ eradamus eū de terra viuentiū: ꝛ nomē eius non memoret ampli⁹. Alij vero illum ꝓphetam helizeū esse opinati sunt: ꝓpter hoc ꝙ magnaliū operū erat helizeus: ꝛ in ipso sicut ꝛ in helia figura baptismi ꝓcesserat. Unde etiā discipuli Luce. xxiiij. dixerūt. Fuit em̄ ꝓpheta potēs in opere ꝛ sermone corā deo ꝛ omni populo [Tūc dicit illis] fidei volens scire ꝯfessionē [Uos vero] qui spēalibus (al's spēaliter) de me estis instructi [quē] in natura [quē] ꝛ in ꝑsona [me esse dicitis] fidei sincera cōfessione [Respondēs aūt petrus] qui ob hac ꝯfessione solide ꝛ fundamentalis veritatis petrus dict⁹ est. Mat. xvj. Ego dico tibi qꝛ tu es petrus: ꝛ super hanc petrā edificabo eccl'iam meā [ait] vn⁹ pro omnib⁹ vt dic̄ Beda: qꝛ om̄es vnū sciebant [Tu es christus] In chr̄o em̄ vngens pater intelligit: ꝛ vncta humanitas: ꝛ vnctio que est deitas: ꝛ sanctꝰ sp̄us vngentū: quod est plenitudo charismatū. Esaie. lxj. Spirit⁹ domini sup me: eo ꝙ vnxerit me domin⁹ ad euangelizandū: ꝛ mansuetis misit me. Unde hec cōfessio implicite continet in se illā que scribitur Mat. xvj. Tu es chr̄s filius dei viui. qꝛ vnctio diuinitatis vitam habet in semetipso. Joā. vj. Sicut habet pater vitam in semetipso: sic dedit ꝛ filio vitā habere in semetipso. Unctio em̄ deitatis non tm̄ sanat: sed etiam viuificat. qꝛ ipsa est vita in semetipsa [Et cōminatus est eis] discipulis [ne cui dicerent de illo] ꝙ ipse esset chr̄s. Omittit autem hic Marcus beati Petri cōmēdationē. ꝛ In hac cōfessione Ecclesie fundationē. quia illa sciuit plene a Mattheo esse descripta. Cōminationē autē hanc fecit christus Tribus de causis. Scꝫ. Causa humilitatis. Causa non impediende passionis: ꝛ Causa nō scandalizandi sue cōgregationis. Causa quidem humilitatꝭ. quia ꝺ se non magna predicari voluit: sed humilia. Esai. liij. Absconditus est vultus eius ꝛ despectus. vnde nec reputauim⁹ eū Causa non impediende passionis. Quia si ꝑdicaretur ꝛ crederet esse christus: non crucifigeretur. j. Corinth. ij. Si em̄ cognouissent nunq̄ dominum glorie crucifixissent. Tertia causa Ne sua cōgregatio discipulorū scandalizaret. Quia si modo mag̃ de eo ꝑdicata fuissent: ꝛ subito postea ignominiosa in eo vidissent scandalizati fuissent. Et iō meli⁹ fuit ꝙ per gloriam resurrectiōis probaret esse deus. qꝛ tunc vlteri⁹ in eo scandalizari non poterāt. Mat. xj. Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me Multi em̄ ex talibus in eo scandalizabant. quia post virtutes: infirmas in eo videbāt passiones. Luce. ij. Ecce hic positus est in ruinam ꝛ in resurrectionem multorum in israel: ꝛ in signum cui cōtradicetur.

Et cepit docere eos: quoniam oportet filium hominis multa pati: et reprobari a seniorib⁹ ꝛ a sūmis sacerdotibus et scribis ꝛ occidi: et post tres dies resurgere. Et palam verbū loquebat. Et apprehendens eum petrus: cepit increpare eum. Qui cōuersus et vidēs discipulos suos: cōminatus est petro: dicens. Vade retro me sathana: quoniā nō sapis que dei sunt: sed que sunt hominum.

Hic docet ꝙ Om̄is eccl'ie fundatio ꝛ veritatis cōfessio perficit in gr̄a passionis ꝛ infirmitate. Et habet Tres paragraphos. In quoꝝ Pri͠o ostendit Summā perfectionē gratie: fundantꝭ eccl'iam in virtute passionis ꝛ resurrectiōis. In Scd̄o autem ostendit dispensatiua Petri reprehensio ꝛ cōturbatio de humilitate passionis. In Tertio autem Instructio ponit diuine ordinatōis. In Primo horū Tria dt. Scꝫ. Passionis opportunitatem: Passionis multiplicitatē: ꝛ Finē ꝛ modū q̄ proponit hanc doctrinā. Dicit igit [Cepit docere] Quia ante ostendit Potestatē: nunc autem incipit efficaciter docere passionis humilitatē. ꝑs. lxxvj. Dixi nūc cepi hec mutatio dextre excelsi. Dextera em̄ dei est que hanc facit virtutē: vt post passionem: om̄is infirmitatꝭ om̄is virtus nr̄i leonis perficiat. ij. Coꝝ. xj. Uirtus in infirmitate perficit [q̄m oportet] hoc est cōueniens est ꝓm ordinationem diuinā. Lu. xxiiij. Nonne sic oportuit chr̄stum pati: ꝛ ita intrare in gl'am suam [filium hominis] qꝛ In natura filij hoīs pati potest. In natura aūt filij: filij dei inq̄ nihil penitus pati poterit [pati] vt passione ꝯsummet. Heb. ij. Decebat em̄ eum per quē om̄ia ꝛ ꝓpter quē om̄ia: qui multos filios in gl'am adduxerat per passionē mortis ꝯsūmari [multa] Tāgit Passiōis ml'tiplicitas. qꝛ ex ml'tꝭ gn̄ib⁹ passionū cōposita: ē fasciculꝰ myrrhe. dr̄ Cañ. j. Dilect⁹ me⁹ mihi int vbera mea cōmorabit. Tāgit āt quandā int ml'ta isti⁹ fasciculi cōpositōꝫ cū dt [et repro. a sū. sacer.] Reprobatio ei hec cā sibi fuit passiōis: qꝛ sacerdotib⁹ eū ad ꝯdēnationē reprobātib⁹ (al's ad reprobationē condēnātib⁹) etiā ꝑpl's reprobare eū ē induct⁹. Mat. xxvj. Sūm⁹ sacerdos q̄rebat falsū testimoniū aduersus iesū ꝛ oē ꝯciliū. Sacerdotes ei ꝑmā auctē in morte (al's mortē) dn̄i hēbāt [ꝛ sūmis seni.] q̄ vice senatoꝝ habebant. j. Esdre. ix. Man⁹ mgr̄atuū fuit in trāsgressiōe hac: pria [et scribis] q̄ vice sapientū ꝛ l'ratoꝝ hēbāt. Hier. v. Dixi: forsitan paupes sē ꝛ stulti: igr̄ates viā dn̄i ꝛ iudiciū dī sui. Ibo igit ad optiates ꝛ loq̄r eis. Ipsi eni cognouerūt viā dn̄i ꝛ iudiciū dei sui. Ipsi āt sil' magꝭ ꝯfregerūt iugū: ruperūt vincl'a [et occidi] Dañ. ix. Occidet chr̄s ꝛ nō erit ei⁹ ꝑpl's q̄ eū negatur⁹ ē [ꝛ p⁹ dies tres resur.] Leta ponit p⁹ tristia. j. Pet. j. Pronūciās q̄ in chr̄o sūt passiōes ꝛ posteriores glorias. Ose. vj. Uiuificabit nos post duos dies: ꝛ in die tertia resuscitabit nos [ꝛ palā ṽbū loq.] Tāgit Modū doctrine. Quia corā discipulis adhuc imperfectis palam verbum hoc ꝺ sua passione loquebatur. Et ideo Petrus fuit contristatus. Mat. x. Non est occultum qꝺ non reuelet: neq̄ abscon-

ditũ qđ non sciat. Esa.xlv. Nihil in abscondito locutus sum: in loco terre tenebroso. Hec est consuetudo chr̃i ⁊ oĩm discipulorũ eius: q̃ humilia de se p̃dicant omnib᷒: ⁊ sublimia tacẽt ⁊ occultari precipiunt. Rho.xij. Non alta sapiẽtes: sed humilibus consentiẽtes. Phil.ij. Hoc sentite in vobis quod ⁊ in christo iesu. Et sequit Exinaniuit semetipsum: formã serui accipiens. Humilia em̃ de se sentientes: p̃dicare alta nõ p̃nt [Et apprehẽdens eum petrus] seorsum abstractũ a discipulis. Volens iam seruare documentum euangelicũ. Mat.xviij. Argue eum inter te ⁊ ipsum solũ [cepit increpare] Dicens hoc quod dr̃ Mat.xvj. Absit a te domine: non erit tibi h. Zelum em̃ dei habẽs: sed nõ ẽm scientiã arbitrabat nimis esse turpe dominum maiestatis sputis liniri: probris exponi: flagellis cedi: morte mulctari: ⁊ cruce turpari [Qui] scilicet dñs [cõuersus ad discipulos] a quibus eum petr᷒ abstraxerat: tanq̃ esset indignũ sibi corã suis discipulis: talia đ se futura p̃dicare: eo q̃ discipuli magnũ aliquid ẽm fastũ mundi de dño existimabant: et ↄtendebant quis eorum esset primus in regno. Etiã q̃ statim putabãt dñm fore inthronizandum. Domin᷒ autẽ ecõtra volens humilia discipulos de se sentire [et videns discipulos suos] quos ad humilitatẽ sue crucis instruere intendit [cõminatus est petro] ne alta saperet. quia ⁊ primus angelus ⁊ primus homo per superbiã ceciderant: ne ⁊ ipse alta sapiens silr caderet. Unde Luce.x. Cum apl'i gloriantes de magnis: ad ipm redirent dicentes. q̃ in nomine tuo etiã demonia subijciunt nobis: ad humilitatẽ reducens eos dixit. Videbam sathan̄. sicut fulgur de celo cadentẽ. Acsi diceret illud Rhomanoꝝ.xj. Noli altũ sapere: sed time. Si em̃ deus naturalib᷒ ramis per naturam in alto plantatis nõ pepcit: sed p̲ superbiam condẽnat. ne forte nec tibi parcat. Jac.iiij. Deus superbis resistit: humilib᷒ aũt dat gr̃am [dicens] ad instructionem petri [Vade] p̲fectu humilitatis [retro me] vt humilẽ humilis ⁊ humilit sequaris [sathanas] q̃ saluti ⁊ vie salutis q̃ p̲ hũilitatẽ passiõis est: aduersaris. Sathan em̃ aduersarius interpretat. Zach.iij. Stabat sathan a dextris iesu sacerdotis magni: vt aduersaret ei. Mat.xvj. Vade retro me sathanas: scãdalũ mihi es [quoniã] in isto facto: humilitatẽ passionis recusans [nõ sapis] ea [que sunt dei] quo ad consiliũ diuinum: qui per humilitatẽ crucis releuare vult casum superbie primi hoĩs. Hec em̃ dei sunt consilia ⁊ iudicia [sed] sapis ea [que sunt hoĩm] qui presentia que vident appetunt: ⁊ in his eleuari ⁊ sup̲biã querunt. Greca tamẽ translatio habet vt dr̃ Glo. Propitius esto tibi domine: nõ erit tibi istud. id est non potest fieri. nec recipiunt aures mee vt dei filius sit occidend᷒. Esa.xxj. Propterea repleti sũt lumbi mei dolore: angustia possedit me: sic angustia p̲turiẽtis Corrui (al's Horrui) cũ audirẽ. turbatus sum cũ viderem: emarcuit cor meũ: tenebre stupefecerunt me. Jn tali enim affectu doloris dixit hoc Petrus: nesciens quid diceret: sed christ᷒ instruxit eum in affectu charitatis: ⁊ humillime redemptionis.

Et conuocata turba cum discipulis suis dixit eis. Siq̃s vult me sequi: deneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me.

[Et cõuocata turba cũ discipulis suis] fundatis in gr̃a: monet ad sequendũ in humilitatis ⁊ patiẽtie via. Diuidit autẽ hec pars in partes duas. Jn quaꝝ Prima Suadet ad sequendum humilitatis ⁊ patientie viã. Jn Scđa autẽ q̃ hec via tenenda sit: adhibet rationẽ ibi [Qui enim voluerit animam suam] Jn Prima harũ partium Quinq̃ dicũtur. Quia em̃ hec via ad salutem: est Necessaria. Jdeo cõiter omnibus proponitur. Quia autẽ est omni laude digna ⁊ magno premio remuneranda. ideo non cõpellitur: sed libertati nr̃e electionis relinquit. Tertio Tria que ad ipsam req̃runtur per ordinem determinant. Que cum istis quinq̃ efficiunt Dicit igit [Et cõuocata turba] a turbantib᷒ ĩ vnũ cor ⁊ animã vnã [cum discipulis suis] q̃ non discipuli debẽt esse cũ turbis: sed poti᷒ turbe cum discipulis. Hierem.xv. Jpsi conuertent ad te. ⁊ nõ cõuerteris ad eos [dixit eis] id qđ saluti cõmuni necessariũ est. Prouerb.ix. Sapientia foris clamitat: in plateis dat vocem suam [Siquis vult] Jn adoptione ⁊ electione nostra ponit. Quia vt dr̃ Jo. Damascenus. Non suadet maliciã ⁊ non cõpellit v̓tutem: vt laudabile sit opus virtutis. Per hoc aũt q̃ dicit [Siquis] Notat charitatẽ. Matth.xx. Multi sũt vocati: pauci vero electi. Quãuis rari sint: tamẽ pre omnib᷒ sunt deo chari. Judi.v. Cor meum diligit principes israel: qui p̲pria volũtate obtulistis vos discrimini benedicite domino. Jdeo ergo dr̃ [Siquis vult post me] imitando mee humilitatis ⁊ patientie viã. Job.xxiij. Vestigia eius secut᷒ est pes meus: viam ei᷒ custodiui: nec declinaui ex ea [sequi] quia Qui sequit: consequit. Philip.iij. Sequor aũt siquo modo comprehendã: in quo ⁊ comprehẽsus sum. Canticoꝝ.v. Dilecte mi cõprehendam te. Nihil em̃ sequi prodest nisi consequi possit. Daniel.iij. Nunc sequimur te in toto corde nostro: ⁊ timem᷒ te: ⁊ querimus faciem tuã ne cõfundas nos. q̃ Qui sequit ⁊ non ↄsequit: est confusus. Sicut confundent qui viã errorum sequuntur [deneget semetipm] intus q̃ ad veterẽ hominem. Vetus em̃ homo est qui vetustatem sequi persuadet. Et hoc est animalitas: que non capit q̃ dei sunt. j. Corinth.ij. Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Hanc ergo animalitatem oportet abnegare. Genes.xxj. ⁊ Gal.iiij. Ejice ancillam ⁊ filium eius. Ancilla em̃ est per quã vt dicit Prouerbioꝝ.xxx. Tota nature humane mouetur terra quando fuerit heres domine sue. h est spiritualis rationis. Hanc ergo primũ oportet denegare: vt suasionibus eius ⁊ motibus illicitis in illam consentiat. Et hoc est Primũ Jn recedendo a malo [et tollat crucẽ suã] Matth.xvj. Siquis vult post me venire abneget semetipsum ⁊ tollat crucem suam ⁊ sequat me. Tollere autem crucem: est exaltare cruciatũ crucis nr̃e penitentie

in satisfactionē pcti cōmissi. Gal'.v. Qui sunt christi carnē suā crucifixerūt cū vicijs ⁊ cōcupiscētijs. Nihil eñ dlet pctm̄ nisi crux. qꝛ ⁊ in chr̄o crux suscepta: nr̄a pctā deleuit: et a nobis exaltata ꝓ pctō satisfacit. Threñ.iiij. Añ faciē nostrā chr̄s dn̄s captus est in pctis nr̄is. j. Pe.ij. Pctā nostra in corpore suo portauit sup lignum: vt pctis mortui: iusticie viuam⁹ cui⁹ liuore sanati sum⁹. Hui⁹ (al's Hec) igit crucis stigmata portantes in pena pnie: in fide crucis nostrā crucē tollam⁹ ⁊ eleuem⁹ a terrenis: dicentes cū Paulo Gala.vj. De cetero nemo mihi molest⁹ sit. Ego eñ stigmata dn̄i mei Jesu in corpe meo porto. Sic igit Abnegatio sui valet ad vitationē pcti qd̄ poterat cōmitti: Ita Tollere crucem suam vnicuiq₃ debitā: valet ad satisfactionē cōmissi [et sequat me] In hoc est Perfectio ꝙ hoc pficit ad vtutis opationē Ut cum iam pctm̄ cauet ne fiat: ⁊ delet qd̄ factum erat: studeat ad hoc ꝙ opus vtut₃ pficiat ad meritū. Uñ Ecci .xxiij. Glia magna est seq̄ dn̄m. Gliosuz eñ ē imitari dn̄m vtutis. Eccis.xj. Quid est hō vt seq̄ possit regem factorē suum

Qui eñ voluerit aīam suā saluam facere: pdet eam. Qui aūt pdiderit animā suam propter me ⁊ euāgelium: saluam faciet eam

a Hic tangit eoꝝ q̄ dixit rōnes. Et sūt Tres p ordinem. Prima quaꝝ: sumpta penes ordinē virtū anie ad meritū salut₃. Et hanc tangit cū dt [Qui eñ voluerit aīam suā saluā facere] Anima aūt h dr ab animando (Spūs eñ q̄ est suba anie nostre) sm ꝙ corp⁹ aīat: desiderat ea que sūt corporis: in quib pdit totum bonum eius. qꝛ Totū bonum spūs nostre aīe est in auertēdo se a carne: ⁊ abstrahēdo se a desiderijs cōcupiscentie. Sic eñ Uincit passiōes: et Uirtute pficit: et Cōtēplationi cōiungit supioꝝ: et Depurat ⁊ emūdat vt sit honestatis subiectū ⁊ Diuine sapie speculū. Uñ ⁊ Plato dicebat Concupiscētiā in inferno sepultaz esse qua pdit (al's pgit) hō cū ad infima ꝯiungitur Et hoc est [Qui eñ voluerit] qꝛ hoc in nr̄a ponit electione [aīam suā] spū q̄ carnē vincit [saluā facere] qꝛ oē qd̄ saluat: in bonis sibi cōnaturalibus saluat: p que a cōtrarijs corrūpētib liberat. Bona aūt ꝯnaturalia anie: sunt bonū vtutis et sapia vitatis. Et p hoc liberat a passionib corporis: ⁊ a vanitate seductōis. Hic g̊ sic saluās animam [pdet eā] Perdit aūt qñ auertit ab eo qd̄ aīat et desiderat. Ecci.xviij. Fili post cōcupiscētias tuas nō eas. et a volūtate tua auertere. Si eñ pstes anie tue cōcupias suas: faciet te in gaudiu₃ inimicis tuis. Hec concupia est Dalila q̄ Sāsonē pdidit Judi.xvj. Quia dū dormiēs in sinu ꝯcupie Sāson: rasum caput habuit (hoc ē A Robore virtutis: ⁊ Meta ment₃: ⁊ Rōne prudentie: et Certitudine scie: et Ueritate intellect⁹: et Ab Industria artis: et Lumine sapie) quasi septem pilis q̄s habuit: statim in gaudiū inimic₃ dat⁹ (al's fact⁹) fuit Et sic tot⁹ fuit pditus. Consiliū g̊ est ꝙ pdat Dalila: vt samson sol fortis saluet. Hoc est igit ꝙ aīa in animādo corpus: cōcupiscentijs viuens: pdat. qꝛ sic in bonis spū (al's spūi) anie cōnaturalib saluat [Qui aūt] sic [pdiderit aīam] hoc est: animalez sensum [propter me] hoc est: vt me lucret [et euāgeliū] hoc est: euāgelicā vitatē que a carne auertit [saluā faciet eā] qꝛ in chr̄o ⁊ in euangelio sunt bona aīam ab oibus cōtrarijs saluātia Und̄ Osee.xiij. Perditio tua ex te israel: tm̄ in me saluatio. Joan.x. Per me siq̄s introierit saluabit et pascua inueniet. Joā.xvij. Quos dedisti mihi custodiui: ⁊ nemo ex eis pijt.

Quid eñ proderit homini si lucret mundū totum et detrimentū aīe sue faciat? Aut quid homo cōmutationis dabit pro aīa sua?

Scd̄a ratio est: sumpta A Nocumento: qd̄ affert aīe pditio: in compatione ad lucrū qd̄ affert cōcupiscētia. Et hoc est ꝙ dicit [Quid eñ pdest] qꝛ In momētaneis delectatiōib: sm vitat₃ rōnez nullus est pfect⁹ [homī] sm ꝙ hō. qꝛ Homo sic dt Phs est intellect⁹ et (al's ad) bonū qd̄ pdest homini: inq̄tū hō est bonū intellectuale. Et hoc vt dicit Phs est bonū diuinū [si lucret] ad sensibilē et momentaneā delectationē [totū mundū] presentē. De q̄ dr. j. Jo.ij. Omne qd̄ est in mūdo: aut est cōcupiscentia carnis: aut est cōcupia oculoru₃: aut supbia vite. Et est Acsi diceret. Si totū mūdū habeat in delitias carnis Aut aspectum vanitat₃ Sicut delectat auarus in contemplādis diuitijs Aut habeat mundū in fastū sui dn̄atus subiectū. Sicut habent eum in platuris ⁊ dominatib gloriātes. Et p hec pn̄tia: lucrata ad ambitionē vel cupiditatē [detrimentū anie sue] in bonis spūi anie cōnaturalib [faciat] Q.d. Nihil pdest. Et minus q̄₃ nihil. qꝛ Lucrū cōcupiscibiliū in mūdo mag₃ i bōis aīe reliq̄t nocumētū: qd̄ pei⁹ ē ⁊ dānosi⁹ q̄₃ nihil lucrat⁹ eēt. vñ Prouer.vj. loq̄ns d ꝯcupia sub metaphora mulier₃ dt. Preciū scorti vix vni⁹ est panis: hoc est momentanee delectatiōis. Mulier vo: hoc est intellect⁹ ⁊ emollita cōcupiscentia: pciosaz animā viri tollit. quia virilitatē eneruat ⁊ tollit totū robur ment₃. Meli⁹ g̊ est pdere sensum aīalē: ⁊ in tristib ⁊ difficilib exercere: vt saluet aīa in bonis sibi cōnaturalib. ij. Coꝛ.iiij. Lic₃ is qui foris est noster hō corrūpat: tñ is q̄ int⁹ est renouatur de die i diē [Aut quā hō] rōnalis q̄ scit (al's facit) estimationē bonoꝝ: q̄nti ponder₃ sit vnū qd̄q₃ eligibiliū (al's diligibiliū) [cōmutationē] in aliena a natura anie bona [dabit] vel [accipiet p anima sua?] vt illa in bonis sibi ꝯnaturalib pdat. Et ideo dt Apl's. ij. Coꝛ.iiij. Jd eñ qd̄ in psentia momentaneū ⁊ leue tribulatiōis nr̄e: In q̄ Supple pdit aīalis sensus sm pn̄tiū delectatōes: supra modū in sublimitatē eterne glie pōd⁹ opat in nobis: nō cōtēplantib: h est: nō estimātib: nobis ea q̄ vident. Que eñ vident: tpalia sūt. q̄ aūt n̄ vident: eterna. Et hoc est qd̄ dicit al's

Qui eñ me confessus fuerit et verba mea in generatiōe ista adul ꝯfus⁹

al's cõfundetur.

tera ꝛ peccatrice:et filius hois cõfitebit̃ eū:cum venerit in gl'ia patris sui cum angelis sanctis.

Tertia ratio est Que sumit̃ ex compatione ꝑmiſ ꝑdentiſ aīam ꝛ saluantiſ eā Dicit igit̃ [Qui] h ē: Quicūqꝫ:sine ꝑsonaꝝ distinctiōe. Act.x. Jn ꝟitate compi qꝛ nō est ꝑsonaꝝ acceptoꝛ de⁹ [me confusus fuerit] Confundoꝛ. erſ.accepit h Marc⁹ ꝑ ꝟbo deponentiſ generiſ: pro ꝟbo Erubuerit. Et iō sensus est [Qui me cõfusus fuerit] hoc est q̄ me erubuerit seq̄ [et ꝟba mea] erubuerit īplere [in generatiōe ista] q̄ saluat anialē sensum:sequendo carnis delectabilia. Et ideo dꝛ [adultera] qꝛ suꝑ veꝝ aīe spōsum admisit diabolū adulterum in delectabilib⁊ carnis. Esa.lvij. Juxta me discooꝑuisti ꝛ suscepisti adulteꝝ [ꝛ peccatrice] qꝛ ꝑ hoc ꝙ in libidine suscepit adulteꝝ:statim diffundit̃ in pctā diuersa:et accepit pctī cõsuetudinē. Lu.xj. Generatio praua atqꝫ ꝑuersa signum querit. Deut̃.xxxij. Generatio ꝑ̄ua heccine reddis domino ꝑple stulte ꝛ insipiēs. Hec em̄ generatio gloriā reputat: Seq̄ cõcupias:et saluare sensū anialem in concupiscentijs suis. Et hi sunt de q̄b⁊ dicitur Prouer.ij. Letant̃ cū malefecerint:ꝛ exultant in rebus pessimis.et hō ꝑuersus inter tales cõfūdit̃ non esse similis. Et sic confundit̃ filiū dei: ꝛ saluare aīam in bonis ꝛ veriſ anīe cõnaturalib⁊ [Et fili⁹ homis] hoc est iesus chūs [cõfundet̃ eū] hoc est erubescet eū [cū venerit ad patrē] cū oi gl'ia regni sui.hoc est:in gl'ia patris sui Jn q̄ (al's q̄) oēs gl'iant̃.qꝛ(al's q̄) anīas suas:in bonis ꝛ iustis ꝛ veris cõnaturalib⁊ anīe et nullus secut⁹ est sensum anialem in carnis delectabilib⁊. Ps̄.cxlix. Ad alligandos reges eoꝝ in compedib⁊:ꝛ nobiles eoꝝ in maniciſ ferreis. Oēs em̄ isti:pedes affectuū hn̄t cõpeditos vt carnis delectabilia seq̄nt̃: et manus opationū:maniciſ ferreis oīa domantib⁊ hn̄t ligatas:ne ad opus pctī possit excēdi Judiciū cõscriptū:in lege ꝛ scriptura dn̄i: gloria hec est oib⁊ sctis eius. Et ibi cõfusio ei⁹ erit magna his q̄ secuti sunt ꝯcupias suas. Jsti sunt de quib⁊ dꝛ Apoc̃. xij. ꝙ non dilexerūt aīas suas vsqꝫ ad mortē. hoc est: aīalem sensum in ꝯcupia:que mortē eternā inducit [cum angelis suis] q̄ in puritate spūs cõcupiscētias oīno cõculcarūt. Matth.xxij. Lu.xx. Jn resurrectōe neqꝫ nubent neqꝫ nubent̃: sed erūt sicut angeli dei in celis. Jdeo qō h dictū est ꝯtinet̃ Joan.xij. Qui amat aīam suam:ꝑdet eā. et q̄ ꝑdiderit aīam suam in hoc mūdo:in vitā eternā custodit eam. Et hoc est qō dicit in hoc loco.

Capitulum.IX.

E[e] **T dicebat illis Amen dico vobis quia sunt quidā de h stantibus qui non gustabunt mortē donec videant regnū dei veniens in ꝟtute**

Tangit h eccl'ie fundationē in gl'ia. Diuidit̃ aūt in partes duas. Jn quaꝝ Prima ꝑ̄mittit istius gl'ie reuelationem. Jn Secunda aūt facit Reuelatiōis exhibitionē: Jbi [Et post sex dies] Jn Primo hoꝝ dt Quattuoꝛ. Jn q̄ꝝ Primo dt Quibus hec reuelatio ꝓmittit̃. Scdo Qn̄. Tertio Quid. Quarto Quale est qō videbūt Dicit igit̃ [Et dicebat illis] fundationē in grā:ordinans ad fundamentū spei in gl'ia [Amē dico vobis] Qꝛ de inuisibilib⁊ est qō ꝓmittit:ideo ꝑ̄mittit ꝯfirmationem. Apoc̃.iij. Hec dt amen testis fidelis ꝛ verus [qꝛ sunt q̄dam] excepte dignitatiſ int̃ alios: Petrus: Joannes:ꝛ Jacob⁊ maioꝛ [qui nō gustabūt mortē] ꝑ experimentū resolutiōis aīe a corpe. Hec aūt ideo dt qꝛ dictū fuerat Exodi.xxxiij. Nō videbit me homo ꝛ viuet. Et ideo chūs ostensionē gl'ie vite eterne ꝓmittit an̄ mortē: vt magiſ discipuli i fide firment̃. Dicunt̃ aūt isti [de hic stātib⁹] qꝛ recti(al's recte) isti stant in grā. Rho.xiiij. Stabit autē. Potēs est em̄ de⁹ statuere illum [donec videant] oculis corpalibus [regnū dei] hoc ē figurā decoris regni dei:in signo ꝛ claritate trāsfigurationis. Exo.xxxiij. Ego ostendā tibi oē bonū. Jnuenisti em̄ grām corā me. Quib⁊ g̊ ostendit̃: in Cōi:nō determinatis nomib⁊:declarat̃. Quando aūt:qꝛ an̄ mortē. Quid:qꝛ regnū dei ī decore trāsfiguratiōis. Sap.x. Ondit illi regnū dei:et dedit illi sciam sanctoꝝ:honestauit illū in laborib⁊: ꝛ cõpleuit illi labores illi⁹ [viuentis in ꝟtute] hoc est:vitā ostendentiſ:non in infirmitate: sed in imortalitatiſ ꝟtute ꝛ potestate. Alia littera habet [venientiſ in ꝟtute] qꝛ scōs aduēt⁹ chūi nō erit in infirmitate:sed in ptāte ꝛ ꝟtute. Et hanc gl'iam ꝑ̄monstrauit in trāsfiguratiōe. Lu.xxij. Amodo videbitis filiū hoīs venientē in ꝟtute. De hac visione dꝛ Esa.xxx. Jpsi videbūt gl'iam dn̄i:ꝛ decorē dei nr̄i. ij. Pe.j. Non indoctas fabulas secuti annūciauimus vobis dn̄i nr̄i virtutē: sed speculatores facti illi⁹ magnitudinis voce ad eū delapsa a magnifica gl'ia. Joā.j. Uidim⁹ gl'iam ei⁹ gl'iam q̄si vnigeniti a prē:plenum gratie ꝛ ꝟitatis. a

Et post dies sex assūpsit Jesus Petrū ꝛ Jacobū ꝛ Joannē:et ducit illos in montē excelsum solos: et transfigurat⁹ est coram ipsis.

Tangit h Reuelationem gl'ie. Tangit aūt Tria. Scꝫ. Qn̄ et Quib⁊ reuelauit. Scdo Qualē gl'iaꝫ reuelauit. Tertio Qualiter disparuit ꝛ Ad q̄d reuelata fuit Dicit igit̃ [Et post sex dies ꝛc̃] a doctrina inducta. qꝛ Sex dieb⁊ ab initio ꝑfecit deus mundū.et ꝑ q̄etem saluti futurā (al's salutiferā) in gl'ia q̄etem ostendit. Pn̄t tamen Sex dies: sex grē illustrationes significare: quib⁊ sol iusticie chūs de⁹ noster suꝑ nos illuxit:et post q̄s gl'iaꝫ suam quā nobis datur⁹ est demōstrauit. Scꝫ Nature sanctificatio in hūane nature susceptōe. Maledicte generatiōis reꝑatio in mūdissima ꝛ sanctissima sui de illibata ꝟgine generatōe. Cōcupiscētie

damnatio in cirĉũcisiõe. Originalis pcti detersio
in baptismi sanctificatione. Dãnatoris nostri dia/
boli deuictio: in tentatiõe. Oim aiaꝝ illuminatio
in ꝑdicatiõe: ⁊ doctrine ꝑ exẽpla ⁊ signa ꝯfirmatõe
Per hos eñi sex dies in nob lux gratie diffusa ⁊ cõ
firmata est. Et post hos ad glorie demõstrationeȝ
sublimamur. In Primo die: sicut dr̃ Ezech. xliij.
Ingressa est glĩa lucis dñi in templũ: nature hũa/
ne: ⁊ resplenduit terra a maiestate eius. In Scđo
Sol iusticie nubẽ ꝓme maledictiõis dissoluit. ij.
Macha. j. Tẽpus affuit quo sol refulsit qui priꝰ
erat in nubilo. In Tertio tenebras fugauit Egy/
pti q̃ tenebant oclos oim natoꝝ. Joã. j. Lux in te
nebris lucet: et tenebre eam nõ comprehenderũt:
Quinpotiꝰ vt dr̃ Chryſ. Lux tenebras nos tenen/
tes dissipauit. In Quarto Ad illũinationẽ nature
dãnate illuxit: et ipsam ad lucẽ reduxit. Et fit qđ di
cit̃ Rho. xiij. Abijciamꝰ opa tenebraꝝ ⁊ iduamur
arma luc. In Quinto Adducit lucis serenitatem
iam q̃si in meridie exaltatꝰ sol: ad depulsionẽ auto
ris tenebraꝝ. Et fit qđ dicit̃ Ecci. xliij. In meridi/
ano sol exurit terrã: et refulgens radijs suis occe/
cat oculos Scȝ ne videant terrena q̇bus incitent̃
in tentatiõe. In Sexto ⁊ vltimo fit sol in multitu
dine stellaꝝ: q̃s illũinauit ad lucẽ gr̃e stans in de/
core suo. Sic dr̃ Ecci. xliij. Spẽs celi: glĩa stellaꝝ
mundũ illuminans in altissimis dñs. Post tales
igit̃ sex sue gr̃e illustrationes [assumpsit] hoc ẽ:
ad se sumpsit. quia Infirmitas hũana ad hoc nõ
sufficeret: nisi ꝟtute chr̃i eleuata assumeret in tan/
te lucis accessum. Ps̃. lxxxviij. Dñi est assumptio
nostra: et sancti israel regis nostri. Uñ etiã Pau/
lus. ij. Coꝝ. xj. dr̃ raptum hmõi vsqȝ ad tertiũ celũ
Exo. xxxiij. Cum Moyses visurꝰ esset dei gloriam
plus assumptꝰ est dicente dño: Est locus apđ me
et stabis supra petrã: hoc est in solido ꝟitatis reue
B lãde. Assumpsit [aũt Jesus] auctor salutis: que
salus tota in luce cõsistit. De q̃ dr̃. j. Tim. vj. Qui
solus habet imortalitatẽ ⁊ lucem hitat inaccessibi
lẽ [Petrũ] Ut aplĩcum ꝟticẽ: et suũ in terra vica/
riũ: Illuminatiões diuias oibus conferre deben/
tẽ: ⁊ inferni tenebras dissipantẽ suoꝝ vinculoꝝ po
testate. Mat. xvj. Tibi dabo claues regni celorũ:
et porte inferi nõ ꝑualebunt aduersus eũ. Adhuc
aũt assumpsit [Petrũ] q̇ tenebras ⁊ nubes car/
nis ⁊ hũanaꝝ opinionũ trãscẽderat: et visum iam
fixerat in globis eterne lucis. Mat. xvj. Btũs es
simon bariona qꝛ caro ⁊ sanguis nõ reuelauit tibi
sed pr̃ meꝰ q̇ est in celis [et Jacobũ] Qui ꝓmus
inter aplĩos constanter moriẽdo fidẽ ꝓbauit. Act.
xij. Occidit aũt Jacobũ fratrẽ Joãnis gladio [et
Joãnẽ] Qui secreta celestia ꝟbi eterni oibꝫ descri
beret Et sic ꝟitatis lucẽ demõstraret. Joã. xxj. Hic
est discipulus ille q̇ testimonium ꝑhibet de his: et
scripsit hec: ⁊ scimꝰ qꝛ veꝝ est testimoniũ eius [et
ducit illos] quia nisi ipse ductor esset deuiarẽt.
Deut. xxxj. Dñs solus ductor eiꝰ fuit: ⁊ nõ est cum
eo deꝰ alienus [in montẽ] Locus est in q̊ ẽ trãsfi
guratus Qui erat mons Thabor. Qui: veniens
lumen interp̃tat̃. Mons iste visiõis est. Geñ. xxij
In monte dñs videbit. Ps̃. lxvij. Mons in quo
beneplacitũ est deo habitare in eo. Mons eñi iste
spũs eminẽtiã desigt̃. Hieř. xxxj. Bñdicat tibi do
minꝰ pulcritudo iusticie: mons sanctꝰ [excelsũ]
quia designat celsitudinem intellectualis visiõis.
Ezech. xl. Portauit me in mõtẽ excelsum valde in
terra israel. Apocal̃. xxj. Sustulit me in spũ in mõ/
tem excelsum et eleuatũ [seorsum] a strepitu fre
quentantiũ. Mar. vj. Uenite seorsum in desertuȝ
locum [solos] vt nullus alienꝰ tante visionis tur
baret secretum. Threñ. iij. Sedebit solitariꝰ ⁊ ta/
cebit q̇a leuabit se supra se [et transfiguratꝰ ẽ]
Quãuis Transfiguratio mutationẽ sonet figure
corporee: nõ tñ h̄ sumit̃ in tali significatione. Sed
cum filius dei sit in figura hoĩs vt hõ verꝰ Phil̃.
ij. Formã: hoc est figurã hoĩs accipiens: et habitu
inuẽtꝰ vt homo. Figura est vt dr̃ Phs inter oĩa
que corpi accidunt ꝓpria: speciẽ vt naturã designat
Et ideo cum mutatiõe speciei in aĩalibꝫ: continue
mutat̃ ⁊ figura. Et quoꝝ est vna figura cõis: eoꝝ
est species vna. Et aĩalia cõueniẽtiã habentia in
figuris: conuenientiã hñt in aliq̃. Hanc aũt figu
ram hũanã in infirmitate nostra filiꝰ dei inter ho/
mines ostendit. Quia aũt (al̃s añ) filius dei in na/
tura fuit ⁊ est diuina: Ideo etiã figura diuĩe sub/
stantie esse describit̃. Heb. j. Qui cum sit splẽdor
glorie ⁊ figura substantie ipsiꝰ. Quia igit̃ in mon
te coram discipulis: nõ hũanitatis: sed glĩe diuĩe
claritatẽ ostendit: quã ostendere nõ erat consuetꝰ:
ideo transfiguratꝰ esse dr̃. Hoc est: claritatem quã
figura substantie diuine ⁊ splẽdor eterne glorie est
demõstrasse. Sap. vij. Candor eñi est lucis eterne
et speculũ sine macula dei est maiestatis: et imago
bonitatis illius.

Et vestimẽta eiꝰ facta sunt splẽdentia et candida nimis velut nix qualia fullo nõ potest sup terram candida facere. Et apparuit illis Helias cum Moyse: et erãt loq̃ntes cum Jesu.

Tangit h̄ Qualiter transfiguratus est. Tangit
aũt h̄ Quinqȝ istiꝰ glorie testimonia. Scȝ. Fulgo/
rem vestimenti. Idoneitatẽ testiũ legis ⁊ ꝓphetie.
Idoneitatẽ testiũ gratie. Testimoniũ celestis lũi/
nis. Et Testimoniũ paterne vocis. Omittit autẽ
Marcꝰ splendorẽ corpis quẽ Mattheũ posuisse
cognouerat Matth. xvij. Splẽduit facies eiꝰ si/
cut sol. In hac eñi claritate future resurrectõis cla
ritatẽ ostendit In qua in dispari claritate erit par
gaudiũ. j. Coꝝ. xv. Alia claritas solis. alia lune. et
alia claritas stellaꝝ. Stella ãt a stella differt ĩ cla/
ritate. sic erit mortuoruȝ resurrectio. Matth. xiij.
Tũc fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eoruȝ
[Et vestimenta eius facta sunt] Nõ est cre/ E
dendũ ꝙ vestimẽta dñi in monte ex laneis (al̃s la/
nis) ĩ celestia mutata sint: sed potiꝰ qꝛ tãta fuit sui
corpis claritas: qꝛ (al̃s ꝙ) radij ⁊ lumen diffusum
ab ipso: eũ ꝑ modũ vestimẽti tinxerũt. Et hãc clari
tatẽ vestitꝰ eius laneꝰ vl̃ sericeus quẽ habuit abs/

condere nō potuit: Licȝ ꝑ vestimentū vndiqȝ diffusa claritas emicuit.. Et hoc vocat vestimentum Job.xl. Circūda tibi decorem: ⁊ speciosis induere vestibꝫ. Ps̄.ciij. Amict⁹ lumie sic̄ vestimēto. Ps̄. xcij. Dn̄s regnauit decorē indut⁹ est: īdut⁹ est dn̄s for. ⁊ p̄cin.se. Sic ḡ etiā exteriora vestimēta ab interiori habitu lumis [facta sūt splēdida] Ps̄. cix. In splēdoribꝫ sanctoꝝ ex vtero ante luciferꝝ genui te [et cādida] lumie vndiqȝ impleta. Ipsa dr̄ em̄ candor albedo: q̄ ad modū argēti cādet: vndiqȝ diffuso lumine in clara sup̄ficie. Lu.ix. Vestit⁹ eius albet refulgēs. Mat.xvij. Vestimēta ei⁹ facta sunt alba sicut nix [q̄lia fullo sup̄ terrā] arte q̄cunqȝ [nō pōt cādida facere] Hui⁹ cā est q̄r interi⁹ lumē fullo non pōt infundere qđ clarescat ꝑ colorē habit⁹ exterioris. Tales em̄ colores vt dt Ph̄s artifices facere nō possūt: in q̄bꝫ lumē interi⁹ diffundit per ꝑspicuitatē alic⁹ corpis colorati circūstant: Sicut est in iride ⁊ chelis (al's cel') celestibꝫ ⁊ hmōi. Talis aūt candor: candorem sanctoꝝ in ecclesia futuꝝ significat q̄ celestis est: ⁊ viribus ⁊ arte terrenis fieri nō pōt. Vt Esa.xlix. Viuo ego dt dn̄s q̄a his oībꝫ velut ornamēto vestieris ⁊ circūdabis eos velut amictum tibi [Et apparuit illis Helias cū Moyse] Ecce testes idonei legis et ꝓphetie. Apparuit em̄ Moyses Vt on̄deret in eo impleri testimoniū legis. Joan.v. Si crederetis Moysi: crederetis forsitā ⁊ mihi: De me em̄ ille scripsit. Helias āt ꝓphetaꝝ eximi⁹ q̄ ⁊ post se successorē vnxit Heliseū: qui p̄fuit cōgregatiōibus ꝓphetaꝝ.iiij. Reg.ij.et.iij. Reg.vi. Tulit testimoniū ꝓphetie. Eccl.xxxvj. Da mercedē dn̄e sustinentibꝫ te: vt ꝓphete tui fideles inueniant. Sic ḡ isti duo apparuerūt. Venit āt Moyses de Inferno: vt consolationeȝ patribus nunciaret. Helias de paradiso spirituū: et sic ruinam angelicam esse reparandam significaret. Discipuli aūt venerunt de mundo: vt viuentes redimendos esse docerēt. Et sic fieret qđ dicitur Phil.ij. In nomie Jesu oē genu flectat celestiū: terrestriū: et infernoꝝ. et omnis lingua cōfiteat: quia dn̄s Jesus chr̄s est in gloria dei patris Trāsfiguratus [loquētes cū Jesu] Lū.ix. dr̄: ꝙ loquebant de excessu quem expletur⁹ erat in hierusalē. Loqui aūt ipsoꝝ: est talem gr̄am redemptionis futurā per chr̄m: testimonijs legis et ꝓphetaꝝ p̄figuratā esse ostendere.j. Pet.j. De q̄ salute exq̄sierūt atqȝ scrutati sunt ꝓphete qui de futura in nobis gratia ꝓphetauerūt scrutātes qđ vel quale tempus significaret in eis spūs chr̄i p̄nuncians eas que in christo sunt passiones et posteriores glorias.

Et respondens Petr⁹ ait Jesu Rabbi: bonum est nos h̄ esse: et faciamus tria tabernacl'a: tibi vnū: et Moysi vnum: et Helie vnum. Non em̄ sciebat q̄d diceret. Erant em̄ timore exterriti. Et facta ē nubes obumbrans eos.

D Inducunt h̄ testes idonei de mundo venientes Qui Tres sunt. Petr⁹ ꝓ oībus loquit sic̄ vertex aploꝝ. Tangunt aūt h̄ Duo. Scȝ Manendi testificata felicitas. et Ignorātia ordinis ad manendum. De Primo dt [Rabboni] Magistꝝ vocat cui⁹ in hac schola felicitatis vellet esse discipul⁹ Mat.xxiij. Unus est mgr̄ vester Jesus chr̄s. Joan.xiij. Vos vocatis me magr̄ ⁊ dn̄e ⁊ bn̄ dicitis Sum etem̄ [bonū] hoc ē felix [est nos h̄ esse] vbi p̄n̄tia gaudij omnē abstergit miseriā. Vn̄ glo. Quāuis stupefact⁹: insituȝ tn̄ sibi affectū indicat. Ps̄. ƀm Hieronymi Trāslationē. Bene mihi nō est sine te. Totū em̄ bonū felicitatis est interesse cōtemplationi btītudinis: quia videt illic ⁊ habetur omne bonū. Exo.xxxiij. Ego ostendā tibi oē bonū Hoc aūt Petr⁹ ƀm Chryſ. dicebat. Propter visiōis felicitatē. Et ideo q̄r chr̄s dixerat se crucifigēdū cui cum Petr⁹ diceret: Absit a te dn̄e: Nō erit tibi hoc: et esset redargut⁹ a Petro: nō apte audet dicere ꝯ crucifixionē aliquid: sed occulte: suadet in monte esse remanēdū: ne crucifixores in dn̄o crucifigendi habeant locum. Et ƀm hunc sensum: latere intendit Petr⁹: ne cum dn̄o cum q̄ mori ⁊ viuere elegerat incideret in ꝑiculum. Esa.iiij. Sup̄ oēm gloriam ꝓtectio: et tabernaculū erit in vmbraculū diei ab estu: et in absconsionē ⁊ securitatem a turbine ⁊ a pluuia. Ab estu em̄ ire Judeoꝝ putabat ꝓtegi: et a turbine cōminationuȝ defendi: et a pluuiis tempestuose ꝑsecutiōis abscondi. Et subintulit [Faciam⁹ h̄ tria tabernacula] In q̄bꝫ nostra habitatio sit. Apoca.xxj. Ecce tabernaculū dei cū hoībꝫ ⁊ habitabit cū eis. Tabernacula em̄ sunt h̄ tanq̄ȝ habitacula. Sciuit em̄ ꝙ diu sub diuo habitare non posset: ƀm hoc ꝙ etiā dixerunt filij ꝓphetaꝝ.iiij. Reg.vj. Ecce locus vbi habitam⁹ coram te angustus est nobis: Eam⁹ vsqȝ ad iordanem ⁊ tollāt singuli materias singulas: vt edificemus nobis locū ad habitandū. Sicut em̄ desiderauerūt habitare cū Heliseo: Ita iste desiderauit habitare cū dn̄o: et non redire ad turbationes mūdanoꝝ. Ps̄.lxxxiij. Beati q̄ habitāt in domo tua dn̄e: in secula secl'oꝝ laudabūt te. Et illđ p̄s.lxxxiij. Elegi abiectus esse in domo dei mei magis q̄ȝ habitare in tabernaculis pctōꝝ [tibi vnū] in quo et ipse cum cōdiscipulis cū dn̄o habitare cupiebat [Moysi vnū] quem secundū a dn̄o esse volebat [et Helie vnū] qui erat a Moyse secundus: et a dn̄o tertius: Qui tanq̄ȝ oīm arbitri ad dn̄m prope vocarent. Hec tabernacula Tria voluit esse Petr⁹: Vt in vno Decor dn̄i consideraret in cōtēplatione familiariū. In Scđo Virt⁹ armata muniret cōtra insurgēs ꝯrium. In Tertio Opus officij compleret ad quodcūqȝ a dn̄o p̄diffinitū negociū. Sicut em̄ sciuit esse tria celi tabernacula in hierarchijs. In quaꝝ Prima (que in vestibulis ē apud deū) decor considerat regni celestis: In Igne diuino: spūs absumente: In Luce veritatis: spūs illustrante: In Quiete ⁊ spūalitate receptionis diuine: spūs mouente ⁊ regēte ⁊ gubernāte. In Secunda aūt est armata militia In Dn̄atu: ꝟtutes eleuate ne scabellaribꝫ īclinate vilificent In Virtutibꝫ inuincibiliter oīa ꝑficientibꝫ: que sunt volūtatis diuie. In Ptātibus: seuera ⁊ libera ordina-

tione comp̄mentib⁹ omne cōtrariū: vt id quod bo
num est: ad actū liberꝝ expediat. In Tertia aūt or
dinat ois opus officij: Ut legib⁹ sit consonū q̄ per
Principes decernunt: Ut ad cōsiliū diuinū sit p̄/
diffinitū: q̄r archāgeli pficiūt: Ut omni forma vir/
tutꝫ sit formatū qđ custodia pficit angeloꝝ. Sic
ergo ordinē celi cōspectū habuit in mente: et ratio
nē ei⁹ voluit ponere in monte: Sciens angelos ñ
deesse vbi dñs habitaret angeloꝝ. Et p̄cipue dñi
senatores q̄b⁹ angeli mīstrauerāt. Hoc etiā signi/
ficatū vidit Gen̄.vj. vbi dr. Cenacula ꝛ tristega fa
cies in ea. Tristega em̄ sunt tricamerata: ꝓpter tres
ordines btōꝝ spirituū: q̄ dicti sunt [Nō em̄ scie
bat] stupefact⁹ ꝛ toti⁹ ordinis tp̄is oblit⁹ [q̄d di/
ceret] Uolebat em̄ btitudinis obtinere locum: et
nō tenere ordinē a deo diffinitū: quo ad ip̄m veni/
ret p passiōis meritū. Postea aūt sciuit qn̄.j. Pe.
j. dixit: Pronunciās q̄ in ipso sūt passiões ꝛ poste
riores glorias. Rhom̄. viij. Si tn̄ cōpatimur ꝛ sil'
glorificemur. Causam aūt stupefactiōis isti⁹ sub/
iungit Euāgelista: innuēs ꝙ oēs idem cū Petro
sentiebant [Erāt em̄] scꝫ oēs tres apl'i [timore
exterriti] Hic aūt Timor: magni ꝛ ñ mali fuit
expectatio Qui est timor admiratiōis. Si em̄ ma
lū ꝛ nō magnū expectassent. non dixissent: Bonū
est nos h̄ esse. Est em̄ vt dicit Dam̄. Timor in ma
gna phātasia. Act.iij. Repleti sunt timore ꝛ extasi
in eo qđ cōtigerat illi. Abac.iij. Dñe audiui audi/
tū tuū ꝛ timui: ꝯsideraui opa tua ꝛ expaui. [Et fa
E cta est nubes] Tangit h̄ Testimoniū celestꝫ lu/
minis. Dicens em̄ [Et facta est nubes obū/
brans eos] non est credendū ꝙ hec nubes tene/
brosa vel obscura fuerit: Cū Mat.xvij. et Luc.ix.
dicat: Et nubes lucida obumbrauit eos. Spissi/
tudo em̄ calcati lumis vocat nubes. Sicut solent
Phi vocare Tentoriū solis: spissitudinē lumis a
corpe solis refulgētꝫ. Sic em̄ nūc vt dr Ps̄.xviij.
Chr̄s in sole: hoc est i fulgore solis: posuit taber/
naculū suū. Et hoc texit apl'os ꝛ pstrinxit. Et hoc
vocat nubes. Et ꝙ dicit [obumbrās eos] itelli
git Quia ꝛ vmbrā: hoc est formā eterni lumis ex/
pressit. Sicut exp̄mit forma speculi siue vmbra fi
guram eius qđ in speculo resultat. Et apl'is p mo/
dū vmbre refrigeriū attulit securitatis a turbine
mūdi quē ex ỽbo chr̄i sibi iminere timebant. Unđ
Glo. dr Q̄ Petr⁹ petēs tabernaculū: accepit nu/
bis vmbraculū. Et i hoc sensu nubes hec: testimo/
niū claritatꝫ eterne: q̄r suo lumīe figurā eterne cla/
ritatꝫ exp̄ssit. Sic dr Lu.j. Uirt⁹ altissimi obūbra
bit tibi. Esaie.xlix. ꝛ.lj. In vmbra manus sue pro/
texit me.

Et venit vox de nube dicens: Hic est filius meus charissim⁹: audite illum.

Testimoniū Quintū est A voce Patris q̄ ma/
xime certificauit certitudinē eterne glorie. Vox em̄
ista patris de celo fuit. Dicunt autē h̄ Tria. Quid
sonuit. Un̄. ꝛ Quis. Quid sonuit q̄r [vox venit]
q̄ sp cū intentione pfert. q̄r pater illa voce totā suā
intentionē exp̄ssit. Vox em̄ illa est in qua verbum
formatū est. ij. Petri.j. Voce delapsa ad eū a ma/
gnifica gloria. Hec est vox dulcis quā sponsa desi
derauit. Cant.ij. Sonet vox tua in aurib⁹ meis.
vox em̄ tua dulcis [de nube] Ecce Unde sonuit
q̄r [de nube] tanq̄ȝ de corpali ꝛ materiali elemen
to formata fuit. Ps̄.lxxvj. Vocē dederūt nubes.
Ps̄.xvij. Intonuit de celo dñs: ꝛ altissim⁹ dedit
vocem suā. Ezech. Audiui sonū sicut sonum
sublimis dei [Hic est fili⁹ meus] Ecce Quid F
sonuit. Et Tria dicit. Nature dignitatē. Affectus
dilectionē. et Obedientie auditionē. Primū tāgit
cū dr [Hic] in persona demōstrat⁹ [est filius]
hois. q̄r chr̄s homo: ꝛ chr̄s deus: vna est psona in
deitate ꝛ hūanitate: ꝛ meo iudicio Quāuis duas
vere habeat natiuitates: Unā eternā: et Unā tpa/
lem: cum vna ꝛ eadē filiatiōe est fili⁹. Et ideo dicit: tamē
Hic est filius [meus] q̄r filiatiōeꝫ q̄ fili⁹ est: a me
et ñ ab alio hꝫ. Et hoc q̄dē pater bis dixit: et In ba
ptismo: et In monte. In baptismo q̄dē q̄r ibi san/
ctificationē fecit regeneratōis p filium. In Mō/
te aūt q̄r ibi ostendit future glorie beatificationeꝫ
etiā futurā p filiū. Has ei duas formas dat ima/
go patris q̄ est fili⁹. Formā scꝫ Gratie p regenera
tionē. et Formā glorie p beatitudinē. Formā aūt
Nature etiā p filiū dedit i creatione. Et sic ad ima/
ginē patris que est fili⁹: et formamur: et reforma/
mur: ꝛ btificamur. Et hoc aliter fieri cōueniēs eē
nō potuit. Et hoc tangit Rho.viij. Quos p̄sciuit
cōformes fieri imagis filij eius: hos ꝛ vocauit. et
quos vocauit: illos iustificauit. et q̄s iustificauit:
illos ꝛ magnificauit. Ideo g̊ dr: fili⁹ me⁹ [charis/
sim⁹] In q̊ sonat dilectiōis affect⁹. q̄r in eadē dile
ctione q̄ pater diligit filiū: etiam nos reformamur
ad formā dilectiōis: et in ea nos ipse pr̄ diligit. q̄a
ipsa dilectio: spūssctūs: ꝓcedēs a patre in filiuꝫ: ꝛ a
filio in patrē: et ab vtroq̄ȝ in nos sanctificādos ꝛ il
lumināfos ꝛ pficiēdos: p hoc ꝙ p ipsam reduci/
mur ad hui⁹ fontē dilectiōis. Rho.v. Charitas dī
diffusa est in cordib⁹ nostris: p spūmsctm̄ q̄ dat⁹ ē
nob. Sic dr Apl's Col.j. Qui eripuit nos a ptāte
tenebraꝝ: ꝛ trāstulit nos in regnū filij dilectiōis
sue. Sic g̊ fili⁹ Charus in obediētia quā p nobis
subiuit. Charior in spū: quē nob inspirauit. Cha/
rissim⁹ aūt in seip̄o i q̊ fōs redūdat charitatꝫ. Gen̄.
xxxvij. Israel amabat Joseph p̄ oib⁹ filijs suis: eo
ꝙ in senectute sua genuit ip̄m: fecitq̄ȝ ei tunicā po
lymitā. Israel magn⁹ p̄triarcha rectissim⁹: patrem
dñi fcat. Joseph aūt accrescēs chr̄m fcat hoiem p
quē multi fideles patri accreuerūt. Hūc p̄ oib⁹ vt
p̄ oib⁹ amabat: q̄r de corde suo genitū q̄ȝ seip̄m di/
lexit. Hunc etiam in senectute q̄dem. hoc est in fi/
ne seculi: Nō q̄dem genuit iterato: sed in carne na
sci fecit. Et sic generatiōis ei⁹ carnalis auctor fuit
Et fecit ei tūicam polymitā: hoc ē vite cōseruatōeꝫ
cū moꝝ honestate picturatā. Sic g̊ est charissim⁹
[audite illū] Tertiū est Q̄ precepit voci sue in
oib⁹ esse obediendū. Deut.xviij. Qui ỽba ei⁹ que
loquet in noīe meo audire noluerit: ego vltor exi/
stam. Ps̄.xciiij. Hodie si vocē eius audieritꝫ no/
lite obdurare corda vestra. Iste em̄ est audien/ G
dus q̄ttuor de causis. Quaꝝ Prima: quia Ipse
solus verbum patris. Esa.lvj. Uerbū qđ egredie

de ore meo: non reuertet ad me vacuū: sed faciet q̄cunq̄ volui ꝛ ꝓspabit in his q̄ admisi illud. Uacuū aūt esset si non esset auditū ꝛ exauditū. Scda causa est: qꝛ ipm est cordis diuini manifestatiuū solū. Deū nemo vidit vnq̄. Unigenit⁹ q̄ est i sinu patris: ipse enarrauit. Et ideo est audiēdus: et nihil cōtra eū est audiēdū. Mat. xj. Nemo nouit patrē nisi fili⁹: et cui voluerit fili⁹ reuelare. Tertia cā est qꝛ oī sapientia ꝛ gr̄a plenus in auditu. Col. ij. In ipso sunt thesauri sapie ꝛ sciētie dei abscōditi. Quarta cā est. qꝛ ipm est in ptāte effectiua oīm eoꝝ que dicit. Est eīm verbū illud angelus siue nūcius intelligentie actiue. Nec aūt factiua est ꝑ verbū. Uñ qñ miracula fecit: ṽbo sue ptātis effecit. Quia sicut dt Ps. xxxij. Uerbo dñi celi firmati sūt Et hoc mō dt Ps. Audiēt ṽba mea qm̄ potuerūt. hoc est: ptātem effectiuā habuerūt. Et Matth. vij Loq̄bat eīm sicut ptātem habēs: et non sic scribe ꝛ pharisei. Oē eīm verbū hoīm respectu ṽbi filij dei est q̄si mortua vox absq̄ ptāte factiua (al's effectiua) eoꝝ que dicūt. Sic ḡ Audite illū.

Et statim circūspiciētes: neminem amplius viderunt nisi iesum tm̄ secum.

Tangit h̄ Istius visionis terminatio ꝛ Utilitas. Tangunt aūt h̄ Tria. In quoꝝ Primo tangit Uisiōis terminatio. In Scdo De visione eruditio. Tertio Eruditiōis non bñ intellecte declaratio. In Primo hoꝝ Tria dicunt. In q̄ꝝ Prio notat Discipuloꝝ ad gl'iam dei ꝯtēplandā auiditas. In Scdo notat Subducta ab oculis eorū glorie maiestas. In Tertio notat ex his tāta vtilitas. Dic̄ igit [Et statim] qꝛ Magnitudo desiderio (al's desiderij) videndi: morā non admittēdā esse ꝑsuasit. Eccīs. xj. Dulce lumē ꝛ delectabile oculis videre solē [circūspiciētes] vndiq̄ oculos circūducentes ex cōtemplādi auiditate. Gen. xxxij. Uidi dñm facie ad faciē ꝛ salua facta est aīa mea. Tob. x. Quotidie exiens circūspiciebat vias oēs ꝑ q̄s erat spes remeādi [neminē ampl⁹ viderunt nisi solū iesum] Et hec fuit Utilitas vt i nullo alio spes salutꝭ poneret. Dixerat eīm Petr⁹ Moysi ꝛ Helie debere fieri tabernacula: tanq̄ familia dñi in tria esset diuidēda: Nesciēs q̄d diceret Et ideo solus Jesus ꝑmanēs ostendit: vt oēs saluādi ad tabernaculū dñi ꝑtinere noscant. Joā. x. Fiet vnum ouile ꝛ vn⁹ pastor. Et hoc docet Moyses. Et ideo nō manēs transit. et hec docet ꝓphetia et ideo euacuat ꝛ transit. Ps. lxxij. Quid eīm mihi est in celo: et a te q̄d volui sup terrā. Ideo ḡ solum Jesum secū [tm̄ viderūt] Apoc. xxj. Ecce tabernaculū dei cū hoīb⁹: et hītabit cū illis. et ipsi ꝑpl's eius erūt: et ipse deus cū eis erit eoꝝ deus.

Et descendentib⁹ illis de mōte precepit illis ne cuiquā q̄d vidissent narrarēt: nisi cū filius hoīs a mortuis resurrexerit. Et verbum continuerūt apud se.

Tangit Scdm De Instructiōe dicēs [Descendentibus illis] de statu cōtēplatiōis ad actōem ṽtutꝭ [de mōte thabor] Qui significat eminētiā spūs. Ps. ciij. Ascēdūt mōtes: cōtēplatiōis: et descēdunt campi: fructiferi fructu ṽtutꝭ: in locum quē fundastꝭ [ꝑcepit illis] ꝑcepto instructionis [ne cuiquā] hoīm [q̄ vidissent narrarēt] de gl'ia transfiguratiōis [nisi cū fili⁹ hoīs a mortuis resurrexerit] Quia sicut dr Eccīs. iij. Oia tp̄s hn̄t: et tp̄s est tacēdi: et tp̄s loq̄ndi. Causa aūt ꝑcepti est quā iam in añhabitꝭ dixim⁹. qꝛ gl'iaꝫ referētes his: q̄ post modicū (al's postmodū) chr̄m i tot opprobrijs erant visuri: poti⁹ irrisionē fecissent q̄ fidē certificassent. Et ideo tacenduꝫ ꝑcepit vsq̄ ad tp̄s q̄ gl'ia trāsfigurationis cōfirmet ꝑ gratiaꝫ īmortalitatꝭ: qñ ad opprobria patiēda nunq̄ rediret chr̄s. qꝛ tunc ex ꝑteritꝭ narratꝭ scit q̄ volūtarie ꝑpter nos passus fuit: Ut nos ad gl'iam ꝑ passionē reduceret ꝑpetue resurrectiōis. Eccī. xxvij. Qui denudat arcana amici: ꝑdit fidē: et ñ inueniet amicū. Et illud est denudare amici mysteria: desperatio est aīe infelicꝭ [et verbū cōtinuerūt] Tangit in hoc obedientiā triū apl'oꝝ. qꝛ [verbū] istd [cōtinuerūt apud se] in secreto: nemi dicētes: sic ꝑceptū fuit ipsis. Ps. cxviij. In corde meo abscōdi eloq̄a tua: vt nō peccem tibi. Job. iiij. Ad me dictū est verbū absconditū: et q̄si furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius. D.

Conq̄rētes quid esset cū a mortuis resurrexerit. Et interrogabāt eum dicentes. Quid ergo dicunt pharisei ꝛ scribe: qꝛ Heliam oportet venire primū? Qui respōdens ait illis. Helias cum venerit prio restituet oia: ꝛ quō scriptum est in filiū homis vt multa patiat et cōtemnatur? Sed dico vobis qꝛ et Helias venit: et fecerunt illi q̄cūq̄ voluerūt sicut scriptū est de eo

Tangit h̄ Tertia ꝑs in q̄ inducit Illūinatio ad eruditionē nō plene intellectā. Et habet Tres ꝑticulas. In q̄ꝝ Prima ponit Uerbi q̄d non intelligūt conq̄sitio. In Scda Illuminatōis a dño petitio. Et in Tertia Dñi ꝑfecta illumiatio. Dic ḡ [Conq̄rentes] hoc q̄d ꝑcessit apd se. querentes Dialecticū est. et refertur et ad añs ꝛ seq̄ns. Quia Et apud se ṽbū cōtinuerūt sub silētio illud claudentes: Et apud se erāt ꝯq̄rētes de h̄ q̄ dubitauerūt. Qꝛ nō libēter audiuerūt in ꝑte: et ignotū erat i ꝑte q̄d dixit. Et iō quesierūt [q̄d esset] h̄ dictū q̄d dixit [cū a mortuis resurrexerit] Moritur eīm dñm nō libenter audiuerūt. De resurrectōe autē nullū hēbant intellectū. qꝛ Nō erat agnit⁹ q̄ reuersus esset ab iferꝭ Sap. ij. Esa. xxix. [Et] ideo interrogabāt eū ꝑtentes de h̄ dubio illūinatiōnē [dicētes: Quid ergo dicūt] Putabāt eī Apl'i visa gl'ia dñi: aduentū dñi in gl'ia ilico mani

festatū.et ideo dn̄m de cetero nō moriturū: sed in
oī glīa in ꝑpetuū regnaturū. Et ideo q̄rūt d̄ signis
p̄cedētib⁊: hūc in glīa aduētū: dicētes [Quid er
go dicūt pharisei] q̄ sectā fidei tenebāt ꝓbabi
liorē. Act.xxvj. Scd̄z ꝓbabilissimā nr̄e religionis
sectā vixi pharise⁹ [et scribe] q̄ eminēt in scia leg̅
[q2 Heliā oportet] ſm scp̄turā Malach. vlti.
[venire primū] an̄ aduentū messie in q̄ regna
tur⁹ est in glīa. iiij. eīn Reg.ij. legit̃ q̄ Helias per
turbinē in curru eq̄ꝝ igneoꝝ leuat⁹ est in celuz: et
reseruat⁹ vt veniat an̄ diē dn̄i magnū ⁊ manifestū
Malach. vl. dr̄. Ecce ego mittā vobis Heliā ꝓphe
tā anteq̄ꝫ veniet dies dn̄i magn⁹ ⁊ horribil̃: ⁊ con
uertet cor patrū ad filios: et cor filioꝝ ad p̄res eo
rū ne forte veniā ⁊ ꝑcutiā terrā anathemate. De h̄
igit̃ q̄rūt Apl̄i [Qui rn̄s ait] dans plenā dicto
rū illūinationē [Helias ⁊c̄.] Glo. Nō est hic ad
uent⁹ quē putat̃ quē p̄cedet Helias. q2 [helias
cū venerit] an̄ secundū aduentū q̄ erit in maie
state ⁊ glīa [primo] an̄ aduentū meū q̄ iudicabo
mundū [restituet oīa] destructo iā (al̄s destru
cta ab) antichr̄o: et māifestato errore: ⁊ assumpta
fide eccl̄ie ab oīb⁊ Cōuertet eīn corda patrū ad fili
es: hoc est ad fidē apl̄oꝝ. et corda filioꝝ: iudeoꝝ: q̄
in fine (al̄s infidi) inuenient̃: ad p̄res eoꝝ: h̄ est ad
veꝝ patrē eoꝝ: qd̄ est ad veꝝ patriarcharū intelle
ctū [restituet] etiā debitū mort̃ qd̄ debet. q2 sen
tētiā p̄mi maledicti exoluet [et quō scriptū est
i filiū hoīs] hoc est ꝯ filiū hoīs [et multa pa
tiat̃] ꝓbra: illusiōes: ⁊ flagella: et vulnera: ⁊ mor
tē [et cōtēnat̃] ꝑ crucis cōfusionē. Sic Supple
multa patiat̃ Helias ab antichr̄o ⁊ insepult⁹ abij
ciet̃ in opprobriū. Hoc aūt scriptum est Esa.liij. et
Dan̄.ix. Occidet̃ chr̄s ⁊ nō erit ei⁹ ppl̄s q̄ eū nega
tur⁹ est. Hoc igit̃ erit an̄ secūdū aduentū q̄ in glīa
est futurus [Sed dico vobis] q̄ꝫuis ita futu
rū est an̄ scd̄m aduentū: tn̄ dico vob̄ [q2 helias]
Nō in corꝑe ⁊ ꝑsona: sed in spū ⁊ virtute [venit]
iam an̄ in grā meū aduētū. Lu.j. Ipse p̄ibit an̄ il
lū in spū ⁊ virtute helie parare dn̄o plebē ꝑfectā: ⁊
euertere incredulos ad prudentiā iustoꝝ. Hic au
tē est Joānes baptista q̄ me p̄cessit [et fecerūt il
li] in cōtēptu ⁊ passiōe decollatiōis [q̄cūq̄ꝫ vo
luerūt] malā suā volūtatē ꝓbris ⁊ passiōib⁊ eoꝝ
satiantes [sicut scriptū est de eo] sc̄z Joāne ba
ptista Sup̄.vij. Mat.xxiij. Ecce ego mittā ad vos
ꝓphas ⁊ sapiētes ⁊ scribas: et ex illis occidet̃ ⁊ fla
gellabit̃: vt veniat sup̄ vos oīs sanguis iust⁹ qui
effusus est sup̄ terram.

Et veniēs ad discipulos suos vidit turbā magnam circa eos et scribas conq̄rētes cū illis. Et confestim oīs ppl̄s videns Jesuz stupefact⁹ est: et expauerūt: et accurrentes salutabāt eū. Et interrogauit eos Quid iter vos conq̄ritis?

J Hic incipit historia in qua figuraliter oñditur
Fortitudo leonis de tribu Juda: contra defectuz
qui est Facilitas faciendi bonū. Et hoc vltimū sue
fortitudīs signum ſm diuisionē glose quā ꝓsecut
ti sum⁹ a p̄ncipio. Diuidit̃ aūt historia hec i Quat
tuor ꝑtes. In q̄ꝝ Prima Huius miraculi docet
occasionē. In Scd̄a Hui⁹ miraculi docet magni
tudinē ⁊ significationē: Ibi [Et rn̄dens vn⁹ de tur
bis] In Tertia Cure hui⁹ infirmitat̃ docet perfe
ctionē: Ibi [Jesus aūt ait illi Si potes credere]
In Quarta ⁊ vltima De miraculo isto sumit disci
puloꝝ īstructionē: Ibi [Et cū introisset domū ⁊c̄.]
In Prima haꝝ ꝑticulaꝝ dr̄ Tria. Sc̄z. Turbaꝝ
cū discipulis conq̄sitionē. Aduent⁹ sui ad turbas
exultationē. et Cause conq̄sitiōis eoꝝ a dn̄o inter
rogationē. Dicit igit̃ [Et veniens ad disci
pulos] de q̄b⁊ curā habuit sicut gallina d̄ pullis.
Uidit eīn q̄ aq̄le pullos inuaserāt [vidit turbā
magnā circa eos] quā pharisei ⁊ scribe concita
uerant. Et ideo addit [Et scribas] q̄ insultabāt
discipulis de infirmitate. Acsi magr̄ eoꝝ ꝑtātē eis
sup̄ oīa demonia dedisset: et ꝟbū eius effectū n̄ ha
beret. Et h̄ est [conq̄rētes] siue disputantes [cū
illis] discipuli dn̄i. Non eīn valētes resistere sapi
entie dn̄i: aggressi sunt discipulos adhuc īfirmos:
vt ex illa ꝑte rep̄hensibilē dn̄m facere corā turbis
videant̃. sicut Joan.iij. Orta est q̄stio ex discipl̄is
Joānis cū Judeis de purificatiōe. Un̄ Sicut ser
pens p̄m⁹ Gen̄.iij. p̄mū Adā aggressus est ex ꝑte
infirmiori: Ita nostꝝ secundū Adā isti venenati p̄
mi serpent̃ filij ex ꝑte infirmiori sūt aggressi: Quā
uis non ꝓficiant. q2 Sēp̄ suis in adiutoriū venit
dn̄s dicēs illud Josue.j. Non te deserā neq̄ꝫ dere
linquā: cōfortare ⁊ esto robust⁹ [Et cōfestī oīs
ppl̄s] simpliciū turbaꝝ [vidēs iesum] quē to
to corde videre desiderabat. Exo.iiij. Uidens te le
tabit̃ corde [stupefact⁹ est] ex ammiratiōe. Qr̄
Igneū q̄ddam vt dr̄ Hiero. radiabat ab ocul̄ ei⁹
qd̄ oēs cōuertit in stuporē [Et expauerūt] aspe
ctu magnitudīs ⁊ reuerētie ipsi⁹. Hester.xv. Ual
de mirabilis es dn̄e ⁊ facies tua plena grāꝝ [ac
currētes] certatim ad ip̄m. Esa.xl. Current ⁊ nō
laborabunt. volabūt ⁊ nō deficient [salutabant
eū] Hūilitat̃ et cōgratulatōis officijs eū suscipi
entes. Mos eīn erat eis q̄ hūilior sup̄iorē saluta
ret. Un̄ Joā.xij. Osanna filio Dauid bn̄dictus q̄
venit in nomīe dn̄i [Et interrogauit eos q̄d
inter vos conq̄ritis] benignissim⁹ illūinator.
Nō vt discat interrogat: sed vt occasionē ab eis ac
cipiat illūinatiōes suas eis infundēdi. Ecc̄i.xxiiij.
Doctrinā q̄si an̄lucanū illūino oīb⁊: ⁊ enarrabo il
lam vsq̄ꝫ in longinquum.

Et respondens vnus de turba: dixit. Magister attuli filiū meum ad te habentē spiritū mutum: qui vbicunq̄z eum apprehēderit: allidit illum ⁊ spumat ⁊ stridet dentibus et arescit. Et dixi discipulis tuis vt eijcerent illum et non potuerunt.

In hac Scd̄a ꝑticula hui⁹ miraculi ostēdit mā

gnitudinē et significationē. Tāgunt aūt h Quin/
qz. In q̄r Primo tangit infirmi ad saluatorē al/
latio. In Scd̄o Infirmitatꝫ difficultas ꝛ magni/
tudo. In Tertio Defect⁹ fidei in intercedentib⁹ ex/
probratio. In Quarto Spūs imūdi i pn̄tia dn̄i
maior afflictō. In Quinto vero Debilissime fidei
in intercessorib⁹ significatio. De Primo dr Duo.
Scz. Afferentꝫ infirmi hūilitatē. et Infirmi alla/
tionē. Dicit igit [Et rn̄dens] ad interrogatio/
nē dn̄i, de q̄ conqrerēt int se [vn⁹] qꝛ alij scribis iā
consentire cepant. iij. Reg. xix. Ego relict⁹ sum sol⁹
Job. j. Euasi ego solus. Job. vt annunciarem tibi
[de turba] humilis plebei⁹ de plebe. Judith. ix.
Hūiliū ꝛ māsuetoꝝ tibi sp placuit depcatio. Nō
em̄ erat de pncipib⁹ ꝛ scribis qꝛ illi conqsitionem
cū discipulis faciebant. Joan. vij. Nemo ex pncipi
bus credidit in eū neqꝫ ex phariseis: sed turba hec
q̄ nō nouit legē maledicti sunt [dixit] Tangit in/
firmi allationē [Magr̄] Magistrū vocat tanqꝫ
sapientē diuinū aliquē: qꝛ pfectā deitatꝫ fidē non/
dū habuit. Joan. iij. Scim⁹ qꝛ a dn̄o venisti mgr̄
[attuli filiū meū] pign⁹ nature mee: supstitem
hereditatꝫ: baculuꝫ mee senectutꝫ. Tob. x. Lumen
oculoꝝ nr̄oꝝ: baculū senectutis nostre: solaciū vi/
te nostre: spes posteritatꝫ nostre [ad te] saluatorē
q̄ saluas oēs in te sperantes [habentē spm̄ mu
tū] Tangit h Infirmitatꝫ magnitudo et difficul
tas. Et ideo Duo cōtinet hec pticula. Magnitu/
do aūt infirmitatis cōsiderat in Septē Que p or
dinem in lr̄a continent. Quoꝝ Primū est Habi/
tus spūs imundi. qđ notat cū dicit [habentem
spm̄] Nō em̄ hr̄et spūm imundū: sed haberet ab
ipso spū: nisi cām vel ipse: vel parētes dedissent. qꝛ
Illi hn̄t spūs imūdos q̄ eos ad se vocant peccatꝫ:
et seipsos: demones pueniendo: exhibēt ad malū.
Sap. j. Impuri (al's impij) manib⁹ ꝛ vbis accer/
sierūt illā Scꝫ mortē. Esa. xxviij. Pepigim⁹ fedus
cū morte: et cū inferno fecim⁹ pactū. Secundū no
cumentū est q̄ dr [mutū] qꝛ linguā a locutōe im
pediuit: et aures ab auditu sermonis. Lu. xj. Erat
Jesus eijciēs demoniū ꝛ illud erat mutum. Ps.
xxxvij. Ego tanqꝫ surdus nō audiebā: et sicut mu
tus nō apiens os suū. mut⁹ tn̄ maxime erat a lau/
de diuina. Tertiū est ꝛ Impetuosa apphēsio: qđ
notat in h q̄ dr [q̄ vbicūqꝫ eū apphēderat]
j. Reg. xvj. Exagitauit eū spūs nequā: apphendit
a dn̄o. Illos em̄ spūs nequā apprehēdit q̄s totos
in ptātē accipit ꝛ furiose exagitat [allidit] Quar
tū est nocumentū q̄ allisit eum ad parietes: ꝛ ad la/
pides: ꝛ ad terrā cum impetu deijciēs. Vn̄ Lu. ix.
Mgr̄ obsecro respice in filiū meū: qꝛ vnic⁹ est mi/
hi: et ecce spūs apphēdit illū: et subito clamans eli
dit ꝛ dissipat eū [et spumat] Quintū ē nocumē/
tū. Spuma āt fiebat spū malo corporeo: cerebro
resoluto ī (al's ad) guttur descēdēte: ꝛ saliuā ī am
pullas cōuertente. Et quia hoc cerebrū subuertit
Propt hoc dr glo. q̄ hoc stulticie est signuꝫ. Job
v. Virū stultū interficit iracundia: et paruulū oc/
cidit inuidia. Lu. ix. Spuma vix discedit dilaniās
eū [et stridet dentibus] ex furore q̄ agitat ꝛ ī/
citat ad mordendū se ꝛ alios. Prouer. xxx. Gene/
ratio que p dētib⁹ habet gladios. Matt. viij. Ibi
erit fletus ꝛ stridor dentiū. Gal. v. Q si inuicem
mordetis ꝛ comeditꝫ videte ne ab inuicē cōsūma/
mini. Et hoc est Sextū nocumentū. Septimū au
tē est qđ dicit [et arescit] in stipite oī vigore na/
turalis refectōis destitut⁹. Et significat eos q̄ are
scunt et marcescūt ignauia. Illi: q̄si moriunt in se/
ipsis. Vn̄ Mat. xvij. dr: q̄ lunatic⁹ est ꝛ male pa/
titur. Sic ficulnea arefacta est cui maledixit dn̄s
Mat. xxj. Isti sunt ignaui stulticia: libidinis spu
mantes in se aridi. De q̄b⁹ in ep̄la Jude dr. Arbo
res autūnales infructuose bis mortue eradicate:
fluct⁹ feri maris despumātes suas confusiones.
[Et dixi discipulis tuis] q̄b⁹ tu ptātē dedisti
sup spūs imūdos ꝛ vt languores curarēt [vt eij/
cerēt illum] spūm imundū. Et tāgit h isti⁹ In/
firmitatꝫ difficultas [et nō potuerūt] discipuli
tui hunc tanti nocumēti spm̄ eijcere. Sed hoc
videt ꝯtrariū ei qđ dr Joā. xiiij. Qui credit in me:
opa que ego facio: et ipse faciet: ꝛ maiora hoꝝ faci/
et. Sed ad hoc dicendū q̄ discipuli adhuc in fide
erant ipfecti. Joānes loquit de pfectiōe fidei apo
stoloꝝ: post aduentuꝫ spūssancti. Tunc em̄ n̄ erāt
missi nisi ad Judeos: vt eos ad dn̄m reducerent
tanqꝫ ad pfectiorē. Et ideo in aliq̄ maior debuit ap
parere virt⁹ in dn̄o q̄ȝ in discipulis p tpe illo. Lu.
ix. Rogaui discipulos tuos vt eijcerent illū: ꝛ nō
potuerunt. Matth. xvij. Obtuli eū discipulis tu/
T [Multi autē primi erunt nouissimi] Tangit ordinem veniendi ad hanc mercedem. Adolescens enim cum toto populo Judeorū in obseruatione mādatorum: videbat esse primus: et ad hoc ꝓmium ꝑfectionis apostolice factus est nouissimus. Et gentilis qui nouissimus videbatur: assumendo fidem: factus est primus. Et hec est expositio litteralis. Tamen nouissimus veniet ad eam. et ideo est sensus [Multi autem primi] Judei ꝓmissionibus ꝛ obseruatiōe legis primi [erunt nouissimi] in fine mundi redeuntes. Rhoma.xj. Cecitas cōtigit in israel donec plenitudo gentium intraret: ꝛ sic omnis israel saluus fieret. Matt.xx. Voca operarios et redde illis mercedem suam: incipiens a nouissimis vsq̄ꝫ ad primos. Et Ibidem. Erunt primi nouissimi. ꝛ nouissimi primi. Hec est expositio littere. Dicit autem h̄ Glo. qꝛ multi incipiunt ꝛ non ꝑficiunt. Et hec est terribilis sententia. Unde Judas inceptione primus: traditione factus est nouissim9. et latro malis demeritis nouissimus: factus est cōfessione ꝓmus. Sed hec expositio non est litteralis. q̄a Nouissimus hic a perueniētib9 est exclusus. Et sic nō sonat nouissimus. quia nouissimus vnus est de ꝑuenientibus sicut primus. Tamē hec Glosa est ꝑm alium euangelistā qui dicit Matt.xx. Multi sunt enī vocati: pauci ꝟo electi. Non sunt electi aūt exclusi. Alia expositio est: Qꝛ aliq̄n signo ꝑfectionis primi: sicut Religiosi et Prelati: fiūt in ꝓmio nouissimi. quia minori coram deo premio digni sunt: propter fastum supbie quo inflantur. et Seculares signo ꝟtutis nouissimi: fiunt apd̄ deum secretorum cognitorem primi. Luce.xiiij. Qui se exaltat humiliabit: et qui se humiliat exaltabit. Matthei.xx. Volo huic nouissimo dare sicꝫ ꝛ tibi.

Erant autem in via ascendētes hierosolymā: et precedebat illos Jesus. Et stupebant ꝛ sequentes timebant.

Tangitur h̄ Ammiratio discipulorum ordinē diuine sapientie audientium. Tangunt aūt Duo Scꝫ. Qualiter in omni ꝑfectione christus discipulos ꝓcessit. Et Qualiter sequentes eum discipuli in his stupebant: et sibi timebant. Dicit igitur [Erant aūt] doctor salutis et discipuli [in via] que significat viam ad vitam. Ps. In mari via tua: et semite tue in aq̄s multis: ꝛ vestigia tua nō cognoscentur. Hoc est: Via tua est in abysso sapientie ꝛ amaritudinis: in difficultate. et semite consiliorum sūt in diluuio ꝑsecutionū. et ideo a paucis cognoscunt cognitione beneplaciti. Matt.vij. Pauci sunt qui inueniūt viam [hier'm] tendentes quando hoc dixit: vt ibi pateretur pro nobis. Et signat tendentes ad visionem pacis in qua est vita eterna. Esa.lxvj. In hierusalem consolabimini: videbitis ꝛ gaudebit cor vestrum [ꝛ precedebat illos Jesus] Sicut in via pedum: ita etiaꝫ in omnis vite bone perfectione. Mich.ij. Ascendet pandēs iter ante eos. Esa.xlv. Ego ante te ibo: et gloriosos terre humiliabo. Psal.xviij. Exultauit vt gigas ad currendam viam suam. Hebre.xij Curramus ad ꝓpositum nobis certamen: aspiciētes in autorem fidei ꝛ consūmatorem Jesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē atq̄ꝫ in dextera dei sedet. Ideo dicitur.j. Corinth.iiij. Imitatores mei estote sicut ꝛ ego christi [Et stupebāt] in verbis sapientie ipsius. Lu.v. Stupor circundederat Petrum et omnes qui cum eo erant [et timebant] ne a tanto fastigio ꝑfectionis exciderent. Hebre.ij. Propterea abundantius oportet

nos observare ea que audivimus ne forte effluamus. Rhom.xj. Noli altum sapere: sed time

Et assumēs iterū duodecim cepit illis dicere que essent ei vētura

Hic tangit christus ea que exiguntur ad salutē ex parte sua. Habet aūt hec pars duas partes. In quarum Prima tangunt̄ Sacramēta causantia nostrā salutem. In Secunda quia tangit gloriam sue resurrectionis: ponit̄ questio de exaltatione duorū discipulorꝝ pre ceteris exaltari cupientium: Ibi ⌊Et accedūt ad eum ꝛc.⌋ In Prima harū duo dicunt̄. In quorū Primo Intimorꝝ amicorū quibus omnia revelanda sunt cōtinet̄ secreta assumptio. In Secūdo tāgitur Secretorꝝ revelatio. De Primo dicit sic ⌊Et assumens iterū duodecim⌋ qui speciales erant ecclesie fūdatores ꝛ fundamenta. et ideo specialit̄ erant instruendi. Psal.lxxxvj. Fundamēta eius in mōtibꝫ sanctis ⌊cepit iesus⌋ doctor salutis ⌊docere⌋ quia ita grandia fuerunt ꝙ ad pfectum nō poterāt audire. et ideo ⌊cepit⌋ pncipia docendo: sed nō vsqꝫ ad pfectum. Hebre.v. De quo grandis nobis sermo ꝛ ininterptabilis ad dicendū qm̄ estis imbecilles facti ad audiendū. Joan.xvj. Adhuc mlt̄a habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo ⌊que essent ei ventura⌋ ad salutem nostrā ptinentia ꝑm ordinationem sapientie divine. Lu.vlt̄. Oportet impleri oīa que scripta sunt in lege Moysi ꝛ ꝓphetis ꝛ psalmis de me

Quia ecce ascendimus hierosolymā: et filius homis tradet̄ principibus sacerdotuꝫ et scribis ꝛ senioribus: damnabunt eum morte Et tradent eum gētibus et illudēt ei: et conspuent eum ꝛ flagellabūt eum: et interficient eum. et tertia die resurget

Revelationē ponit Sacramentorꝝ ex pte christi salutem nostrā causantiū. Duo aūt dicit. Primo em̄ ostendit hec in ꝓximo esse ventura. et Secundo dicit que ventura sunt ei p speciem ꝛ numerū determinata. Dicit igitur ⌊Quia ecce⌋ Q.d. Jam in evidēti est et istat tp̄s ꝙ (al's quo) omniū salus ꝓcurabit̄. Joan.xij. Nunc iudicium est mūdi: nunc pnceps huius mūdi eijcietur foras. Joā.xvij. Venit hora ꝛ iam venit ⌊ascendimus⌋ iā in via existentes qua vado ad patiendū. que tamē passio lꝫ videat̄ descēsio ꝛ minoratio: tamē ꝑm veritatem ascensio est. quia oēs de morte ad vitā: de exilio ad patriaꝫ: de inferno ad celuꝫ faciet ascendere. Ps̄.lxxxiij. Ascēsiones in corde suo disposuit in valle lachrymarꝫ in loco quem posuit ⌊hierosolymā⌋ ad locum passionis. Lu.xiij. Non capit ꝓphetam pire ex hierusalem. Matt.xxiij. Hierusalem hierl'm que occidis ꝓphetas: et lapidas eos qui ad te missi sunt. Que lꝫ olim noīe ꝛ significatione vocata fuerit hierusalem: Tn̄ propter iniqtates suas nomen mutavit. Apoca.xj. vocat̄ spūaliter sodoma et egyptus vbi domin⁹ prophetarꝫ occisus est. Esa.j. Justicia habitavit in ea: nūc autē homicide ⌊et fili⁹ homis tradetur⌋ a Juda iudeis: et a Judeis ⌊principibꝫ sacerdotū⌋ Fili⁹ homis dico vt dicit glo. ad quē ptinet pati ꝛ tradi et cedi. quia nō potest divinitas pati vel tradi vel cedi. Matth.xxvj. Dixit Judas pncipibꝫ sacerdotū: Quid vultis mihi dare ꝛ ego vobis eū tradam. Principibꝫ aūt sacerdotū fuit tūc vtraqꝫ data potestas: Spūalis scꝫ ꝛ Secular̄ in populo: q̄uis sup eos dominiū rhomani ī ꝓplo dei vsurpassent ⌊et senioribus⌋ qui senatus dicebant̄. et in eis erat pfectio consilij publicorꝫ negociorū ⌊et scribis⌋ in quibus fuit autoritas litterate scientie: vt omnes in quibꝫ aliqd fuit p̄eminētie ptem habeāt in reatu sanguīs chr̄i. Jaco.ij. Nōne divites p potentiam opprimunt vos: et ipsi ptrahūt vos ad iudicia. Esa.j. Principes tui infideles: socij furū. qa fuerunt socij furis Jude. Joā.xj. Collegerunt pōtifices ꝛ pharisei cōcilium et dixerūt: Quid facim⁹ quia hic homo multa signa facit: si dimittim⁹ eū sic omnes credēt in eum ⌊et condemnabunt⌋ hoc est: accusationes cōdemnatiōis querent cōtra eum. Matth.xxvj. Principes sacerdotū ꝛ scribe et omne concilium querebant accusationes cōtra Jesum vt eum morti traderent. Et hoc est ꝙ dicit ⌊condemnabūt eum morte⌋ Que tamē condemnatio nostra fuit a morte liberatio. Osee.xiij. A morte liberabo eos: a morte redimā eos. Gen̄.vlt̄. En morior et post mortē meam visitabit vos dn̄s ⌊et tradent eum gentibus⌋ quia accusatione mortis quesita cōtra eum: tradiderūt gentiliū sive rhomanorꝫ ptāti: vt sn̄ia mortis ꝓferretur in eum. Joan.xviij. Gens tua ꝛ pōtifices tui tradiderūt te mihi: qd fecisti? ⌊et illudent ei⌋ tam Judei q̄ꝫ gentiles. Thren̄.iij. Factus sum in derisionē omni ꝓplo meo: canticum eorꝫ tota die. Ps̄. Improperia improperantiū tibi ceciderunt sup me Job.xij. Deridet̄ iusti simplicitas: lampas cōtempta apud cogitationes divitū parata in temp⁹ statutum ⌊et conspuēt eum⌋ tanq̄ꝫ īmundū. Job xxx. Abominant̄ me ꝛ lōge fugiūt a me: et faciem meā conspuere non verent̄ ⌊et flagellabūt eū⌋ flagellis cedent eum. Esa.liij. Disciplina pacis nostre sup eum: cuius livore sanati sumus. Ps̄.xxij Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sūt ⌊et interficient eum⌋ tandeꝫ. Dan̄.ix. Occidet̄ christus et non erit eius populus qui eum negaturus est. Matth.xx. Tradent eum gentibus ad illudendū ꝛ flagellandū ꝛ crucifigenduꝫ ⌊et tertia die resurget⌋ Sicut tristia dixit discipulis ignorantibus ne videntes passionem eius de ipo diffiderent: sed scirent ꝙ voluntarie pateret̄: q̇ hoc presciens p̄dixisset: Ita leta predicit que tristes ad spem gaudij certificarent. Ps̄.iij. Ego dormivi ꝛ somnū cepi et exurrexi quia dominus suscepit me Osee.vj. Vivificabit nos post duos dies: ī die tertia suscitabit nos: ꝛ vivemus: sequemurqꝫ vt cognoscamus dominū. Joan.x. Potestatem habeo ponēdi animā: et ptātem habeo iterū sumēdi eā: nemo tollet eā a me. sꝫ ego pono eā: ꝛ iterꝫ sumo eā

Et accedūt ad eum Jacobus et ioannes filij zebedei: dicētes. Magister volumus vt quodcūqꝫ petierimus facias nobis. At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis Et dixerunt. Da nobis vt vnꝰ ad dexterā tuam: ꝛ alius ad sinistraꝫ tuam sedeamus in gloria tua

a Tangitur hic duorū discipulorū ad consortiū regni indiscreta petitio. Et habet Tres ꝑtes. In quaꝝ Prima Indiscrete petitionis ꝯtinetur rep̄hēsio. In Secunda Aliorum decē apostolorū idignatio. ꝛ In Tertia Qualiter ad regnandū cum christo procedatur communis īstructio. In Primo horum Tria dicuntur. Scꝫ. Petitio indiscreta in cōmuni. ꝛ Eiusdē specificatio ī speciali. ꝛ Rep̄hensio indiscretionis. De Primo dicunt̄ Duo. Familiaris audacie duoꝝ discipulorū ad christū accessum. et Indiscretū ambitionis eorū petituꝫ.

Dicit igit̄ [Et accedunt ad eū] hoc ē. ad christum ausu familiari tanq̄ꝫ consanguinei: filij scꝫ matertere sue [iacobus et ioannes filij zebedei] qui et consanguinei erant. ꝛ patrem: ꝛ omnia ꝓpter eum ad vnius vocationis vocem reliq̄rant. [dicētes] ausu familiari postulātes. Glo. Matthei. xx. dicit Matrē postulasse. Sed Marcꝰ dicī ipsos discipulos petisse: desideriū eorū volens aperire quorū consilio mater petebat. Et in vtroqꝫ euāgelista dominus discipulis: nō matri respondit: quia In veritate mater petitōnem ꝓposuit: sꝫ hoc fecit mater cōsilio ꝛ suasu discipulorū. Sicut enī Lucas refert: a discipulis putabat̄ cōmuniter ꝙ regnum christi terrenū: et in hoc seculo: ilico esset manifestandū. et ꝙ discipuli statim essent cū dn̄o regnaturi. Et ideo in regno illo duo isti discipuli cupiebant esse ꝓprime dignitatꝭ cum rege suo. Et h̄ est [Magister volumus] Magistruꝫ ꝓfitent̄ cuius disciplinam se gloriant̄ esse secutos [volumus] quasi pro mercede a te recipere [vt quodcunqꝫ a te petierimus facias nobis] Dixisti Matth. vij. Petite ꝛ accipietis: querite ꝛ inuenietꝭ: pulsate et aperietur vobis. Et Joan. xv. Usqꝫ modo nō petistis quicq̄ꝫ in nomine meo: petite vt gaudiū vestrū plenū sit. Matth. xviij. Si duo ex vobis consenserint de aliquo: fiet eis a p̄re meo Celant autē petitiū et a discipulis ne indignentur Et quia adhuc rudes: deo tanq̄ꝫ homini loquebāntur [At ille dixit eis] Non ignorans quid petere vellent. sed vt ex dictis eoꝝ: opportune rep̄hēsionez acciperet carnalis intellectus eoꝝ. [Quid vultis vt faciā vobis] Acsi dicat. Ex quo non cōmittitis remuneratōnem vestrā gratie mee: videte q̄d velitis. Glo. interrogat: vt stulticiā confessos (al's cōfessuros) corrigat. Luce. xix. Ex ore tuo te iudico [et dixerūt] carnalit̄ christū in h̄ mundo ilico regnaturū credentes: et visibilia inuisibilibus p̄ferentes. Joan. vij. Nequaq̄ꝫ enim fratres sui credebant in eum [Da nobis] tanq̄ꝫ ex singulari priuilegio pre alijs munera nos [vt vnus] ex nobis [ad dexteram tuam] proximus [et alius ad sinistrā] proximꝰ tibi in terra regnanti [sedeamus] vt p̄ncipes [in gloria tua] terrene ꝛ regie tue dignitatis. Magna elatio istorū et stulticia fuit suꝑ alios in terreno regno suꝑ cōsortes velle inthronizari. In hoc em̄ nō sequebantur magistrū qui dixit Joan. viij. Ego gloriā meam non quero. est: qui q̄rat et iudicet.

Jesus autē ait eis: Nescitis q̄d petatis

Tangitur h̄ Stulte petitiōis rep̄hensio. Et dicunt̄ Duo. In quorū Primo Rep̄hensio ponitur In Secundo Uia ad regnādū cum christo ostēditur. x Dicit igitur [Nescitis quid petatis] in hoc ꝙ sine meritis mecū regnare p̄sumitꝭ. Sicut lucifer qui ꝑ seip̄m ascendere voluit. Esa. xiiij. In celum conscendā: super astra celi exaltabo solium meum: sedebo in monte testamēti: in lateribus aquilonis. Et sicut p̄mi parētes qui ex seipsis voluerunt esse sicut dij scientes bonum ꝛ malū Genes. iij. Sed alius modus fuit quo peccauerunt isti. et alius quo peccauerūt primi parētes. sed idē fuit genus suꝑbie in his tribus. Isti em̄ in h̄ elati fuerūt: ꝙ absqꝫ merito ad thronum honoris ascēdere querebant. Primi aūt parētes per vetiti gustum hoc obtinere putabant. Quod etiam fuit cū demerito velle exaltari. Sed lucifer querebat hoc obtinere propria ꝟtute: et non gratia dei (al's per deū) Hi ergo quia absqꝫ ordine sine meritis ascēdere cupiunt: reprehendunt̄. Unde Glo. Regnare vultis q̄ non meruistis culmen honoris. et ido [nescitis quid petatis] regnum querēdo sine exercitio laboris. Ps̄. xxxv. Non veniat mihi pes superbie: et manus peccatoris nō moueat me Ibi ceciderunt omnes qui operant̄ iniquitatem: expulsi sunt: nec potuerunt stare. scilicꝫ angelus et primi parentes. Et ideo neqꝫ vos in hoc pede stabitis. Eccl̄i. vij. Noli querere ab homine ducatū: neqꝫ a rege cathedram honoris: Sed potius in deuotione verboꝝ chr̄i delectari: et in cultu per sapientiam ipsius dicere habebant illud Judic. ix. Nō possum deserere vinum meum quod letificat deum et hominem: et ire vt inter ligna ꝓmouear.

Potestis bibere calicem quem ego bibo: aut baptismo q̊ ego baptizor baptizari? At illi dixerunt ei: Possumus.

Tangit h̄ Uiam ad regnandum. Et tāguntur Tria. Scilicꝫ. Questio de expientia passionis patiende. Responsio inexpertoꝝ. ꝛ Benigna instructio stultorum de suis viribus p̄sumentiū. Dicit igitur [Potestis bibere] Duas tangit q̄stiones sub metaphora passionē significantes. Prima est ꝙ dicit [Potestis] hoc est: poteritꝭ ne [bibere] hoc est faciliter sicut potū glutiēdo: nō masticando: bibere [calicē] Qui ex charitate feruente calida potio vocatur [quem ego] pro vobis et

pro multis [bibiturus sum] hoc est ex charitate passurus sum: voluntarie: nullā cōminationē: nullam defensionem exhibendo: sed ita de facili me ad patiendum exhibendo acsi bibam illam passionem vt delectabilē calicem. Ad hoc enim christus Matth. xxvj. calicem quē bibit discipulis etiā ꝓpinauit: vt eos cōmunicare passioni sue debere doceret: dicens. Accipite ⁊ bibite ex hoc omnes. Ps̄. cxv. Calicem salutaris accipiam ⁊ nomē dñi inuocabo. Acsi dicat. Probate vires vestras. quia per passionem venitur ad regnum. j. Petri. j. Prenūcians que in christo sunt passiones et posteriores glorias. Rho. viij. Si tamē cōpatimur vt ⁊ simul glorificemur. Phil. iij. Configuratus morti eius si quo modo occurrā ad resurrectionē que ē ex mortuis [aut baptismo] martyrij [quo ego baptizor] pro vobis: vt sordes vestre abluant [baptizari] Magis enim debetis velle baptizari pro me baptismo sanguinis (Qui al's quia baptismus vt dicit Damascenus secundis sordibus non inquinat vt sordes vestre lauent) q̄z ego. Qui sanguine baptizari habeo pro vobis: vt vestre sordes lauētur: Non mee: qui sordes nullas habeo. ⁊ ego: vrgente me charitate: sic volo baptizari pro vobis. Probate ergo vos: vtrum ne vos simili charitate per sanguinē mūdari velitis. Luc. xij. Baptismo habeo baptizari: et quomō coartor vsq̄ dum ꝑficiatur. Rhom. vj. Cōsepulti enim sumus ꝑ baptismū cum illo in mortē: vt quo modo christus surrexit per gloriam patris: ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Hec est expositio litteralis. Est enim in scriptura sacra Calix in diuersa significatōne: bona ⁊ mala. In bona q̄dem significatione est Calix eruditionis sacre scripture. Ps̄. xxij. Calix tuus inebrians q̄z preclarus est. Est Calix bñdictionis Eucharistia (al's eucharistie). j. Cor. x. Calix bñdictionis cui cōmunicamus (al's benedicimus) nōne cōmunicatio sanguinis christi est. Est Calix saluationis per pñiam ⁊ deuotionem christi passionis. Ps̄. cxv. Calicem salutaris accipiam ⁊ nomen domini inuocabo. Est Calix passionis: mortis angustia in charitate suscepta. Matt. xxvj. Pater si nō potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Et Joā. xviij. Calicem quem dedit mihi pater: non vis vt bibam illum? Calix aūt in malo: est Calix mundane voluptatis. Hier. lj. Calix aureus babylonis in manu dñi inebrians omnē terram. Est calix pena inflicta per sententiā. Ps̄. lxxiiij. Calix in mann dñi vini meri plenus mixto Verūtamen fex eius non est exinanita: bibent oēs peccatores terre. Est calix ebrietatis mundanorū gaudiorum. Prouerb. xxiij. Cui suffossio oculorum? Nōne his qui morant in vino: et student calicibus epotandis. Similiter etiam Baptismus est in diuersa significatōe. sed tm̄ in bona est significatione. Est enim baptismus in verbo. Joan. xv Vos mundi estis propter sermonē quem ego locutus sum vobis. Et idem est: q̄ Vos mundi estis: q̄d Vos baptizati estis: In aqua. Unde Joan. j. Ego baptizo vos in aqua. In Aqua et spiritu. Joannis. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto: non potest intrare in regnum dei. In Spiritu tm̄. Actuū. j. Vos autem baptizabimini in spiritusancto non post multos hos dies. In Igne p̄sentis tribulationis. Esa. iiij. Si abluerit (alia Translatio) Si baptizauerit dominus sordes filiarum sion in spiritu iudicij et spiritu ardoris. In Morte. Luc. xij. Baptismo habeo baptizari: et quomodo coartor donec ꝑficiatur [At illi dixerunt ei] scz duo discipuli [Possumus] inexperti propriarū virium. Canticor. j. Si ignoras te o pulcerrima mulierum egredere ⁊ abi post vestigia gregum. Et ideo stulti fuerunt. quia sui ipsius nescierunt propriam quantitatem. Ptolomeus Philosophus. Insipiens est qui suipsius nescit quantitatem. hoc est: quantum de viribus suis presumere debeat.

Jesus autem ait eis: Calicem quidem quem ego bibo bibetis: et baptismo quo ego baptizor baptizabimini: Sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram nō est meum dare vobis: sed quibus paratum est

[Jesus autem ait illis] Corrigens Inexperientiam, et Docens corregnandi viam. et Predicens futuram eorum quando per spiritum instructi erant passionem. Dicit igitur quid passuri sunt pro nomine eius [Calicem quidem meum] hoc est: passionem voluntariam [bibetis] hoc est: ex charitate patiemini. Matthei. xxvj. Luce. xxij. Bibite ex hoc omnes [et baptismo quo ego baptizor] voluntarij in spiritusancto baptizabimini: vel voluntate et actu. j. Corinth. x. Omnes baptizati sunt in nube et in mari. In nube quidem propter spiritus mūdationem. In mari propter penitentie amaritudinem. In mari rubro propter sanguinis christi et martyrij rubricationem. Sic ergo [baptizabimini] hoc est mundabimini [Sedere aūt] propter hec omnia [ad dexteram meā] in gaudio eternitatis. Col. iij. vbi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt querite [vel ad sinistram] in ꝯfruitione humanitatis. Prouerb. iij In dextera eius longitudo dierū ⁊ in sinistra eius diuitie et gloria [Non est meum] cum quidem est (al's sit) ex autoritate. sed [non est meum] ex ordine iusticie que respondet meritis [sed quibus] ex ordine meritorum [paratum est] hoc est: propter merita ab eterno dispositū a patre meo Sicut dicitur Matthei. xx. Eterna enim sapientia illud preparauit. Apocal. xiiij. Opera enim illorum sequunt illos. Et ideo stultum est q̄ illud appetitis sine meritis. Jacobi. iiij. Petitis et nō accipitis: eo q̄ male petatis. Rhoman. viij. Quid oremus sm̄ q̄ oportet nescimus. ipse autem spiritus postulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus

Audientes autem decem indignati sunt de Jacobo ⁊ Joanne

Hic tangiꝛ Indignatio alioꝝ apostoloꝝ. Indignatio autem eoꝝ fuit de Indiscreta petitiōe duorum: qui ignorantes mensuram suā: immoderata ardebant cupiditate regnandi super alios Zacharie. iiij. Quid tu mons magne aduersus Zorobabel in planum. [de Jacobo ⁊ Joanne] qui alijs preferri in regno terreno cupiebāt. Job. xx. Quid te eleuauit cor tuū. ⁊ q̄si magna cogitans attonitos habes oculos. Quid tumet cōtra deum spiritus tuus: vt pferas de ore tuo huiuscemodi sermōes. Causa autē fuit: qꝛ in via disputauerant Quis eorū videreꝛ esse maior: sicut dicitur Luce. ix. et Matth. xviij. et Luce. xxij.

Jesus autē vocans eos ait illis Scitis qꝛ hi qui videntur principari gentibus dominantur eis. et principes eoꝝ potestatē habent ipsorum. Nō ita est autē in vobis: sed quicūqȝ voluerit fieri maior: erit vester minister. ⁊ quicūqȝ voluerit ī vobis prim⁹ esse: erit oīm seru⁹. Nam et fili⁹ hoīs nō venit: vt mīstrareꝛ ei: sed vt ministraret ⁊ daret animā suā in redemptionem pro multis.

[Jesus autē vocans eos] tanq̄ȝ benignus
Aa doctor humilitatis [ait illis] Et tangiꝛ hic Cōmunis omniū salutis instructio ꝯtra fastum tumoris qui eis surrepserat. ⁊ ostendiꝛ via salutaris ad regnandū cum christo. Tanguntꝛ autē h̄ Tria Scȝ. Fastus gentiū in regno terreno. Dissimilitudo ad illos regnantiū cū christo. ⁊ Exempli subiectio in dei filio. Dicit igiꝛ. [Scitis] quia ꝑ ea q̄ in mūdo videtis hoc scire potestis. [quia hi qui videntꝛ] Hoc dicit qꝛ Dominatus secularis magis est vmbra ⁊ phātasma q̄ȝ veritas [principari gentib⁹] sine legib⁹ gentiū: sicut ordinati ī p̄ncipes: sȝ ꝑ tyrannidem opprimūt pauꝑes: Sicut Nemroth. Gene. x. [dominantꝛ eis] violēta dominatiōe ⁊ ambitiōe dominat⁹ ⁊ potestatis. Esaie xix. Tradam egyptū in manu dñoꝝ crudelium. et rex fortis dominabiꝛ eis. Amos. vj. Qui dominamini in nihili: qui dicitis. Nunq̄d nō in fortitudine nostra assūpsimus nobis cornua. ⁊ [principes eoꝝ] vel potius tyranni oppressoruȝ [potestatē habēt ipsoꝝ] quā ꝑ viribus ⁊ nō s̄m iudiciū ⁊ iusticiā exercēt in eos. Luce. xxij. Reges gētiū dñantꝛ eoꝝ. ⁊ qui potestatē habent inter eos benefici vocantꝛ [Sic nō erit inter vos: sed quicunqȝ] Doctrina est vie ad regnandū cum chr̄o per viam humilitatis. Et ideo dicit [sed q̄cunqȝ īter vos] discip̄los meos [voluerit fieri maior] in gloria mea [erit vester minister] sic minor: qui ad obsequia est deputatus. Lu. xxij. Qui maior est in vobis fiat sicut mīor: ⁊ qui p̄cessor: sicut ministrator. Matth. xviij. Quicūqȝ humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celoꝝ [⁊ q̄cunqȝ voluerit in vobis primus esse] dignitate in gloria regni mei: ille ꝑ actū humilitatis ⁊ ministerij [erit oīm seruus] q̄ntum ad obsequium. Et Lu. xviij. Qui se humiliat exaltabitur. Prouerb. xv. Gloriam p̄cedit humilitas. Eccl̄i. xj. Sapientia humiliati exaltabit caput illius: et in medio magnatoꝝ ꝯsidere illū faciet. Job xxij. Qui humiliat⁹ fuerit erit in gloria [Nam ⁊ filius homīs] Ponit seip̄m in exemplū [nō venit] in carnem ⁊ in mundum formam serui accipiēs in similitudinē hoīm factus exinaniēs semetipsum. et ideo [nō venit vt mīstreꝛ ei] hoc est: vt seruiaꝛ ei [sed vt ministret alijs] Luc̄. xxij. Nam quis maior est: qui recumbit: aut qui ministrat: Ego aūt in medio vestrū sum sicut qui ministrat. Esa. lij. Ecce intelliget seruus meus: et ammirabiꝛ ⁊ exaltabitur ⁊ sublimis erit valde. Et tāgit maximū qd̄ exhibuit ministeriū: ⁊ dicit [et daret aīam suam] in pign⁹ [in redemptionē pro multis] efficaciter. sed pro omnibus sufficienter Ps̄. cxxix. Apud dn̄m miscd̄ia ⁊ copiosa apud eū redemptio. Hiere. xij. Dedi dilectam animā meaȝ in manus inimicoꝝ eius. j. Joan. ij. Ipse est ꝓpiciatio pro peccatis nostris. non solū aūt pro nostris sed etiam pro totius mundi

Et veniunt hiericho. Et proficiscente eo de Hiericho et discipuli eius: et plurima multitudine: fili⁹ Thimei Barthimeus cecus sedebat iuxta viam mendicans

Hic ad faciem leonis se conuertens Marcus ponit ꝑ miraculū doctrine prehabite cōfirmationem. Diuidiꝛ aūt in Quattuor particulas. In q̄rū Prima ponuntꝛ Antecedenter impetrātia miraculū. In Secunda ponuntꝛ Miraculū impetrantia ex parte eius in quo ꝑfectum est miraculū. In Tertia ponuntꝛ ea que circūstant miraculi ꝑfectionem ex parte saluatoris. In Quarta aūt et vltima tangiꝛ Miraculi fructus. In Prima tāgūtur Quattuor. Locus. et Iter. Discipuloꝝ edificatio. et Turbe comitātis eū multitudo. De Primo dicit [Et veniūt] itinerādo versus hierusalem [hiericho] Omittit aūt h̄ Marcus: quod ⁊ Matthe⁹. xx. omiserat: qd̄ Lucas refert. xviij. Q᷑ saluator veniendo hiericho vnum cecum in via illuminauit. ⁊ Q᷑ veniens hiericho Zacheū allocutus est ⁊ apud eum hospitatus Qui etiam merito sue hospitalitatis est s̄m nomen suum tunc iustificatus. Hec em̄ omnia competunt. quia hiericho luna interp̄tatur. Luna autem est que suum lumē continue mutuat a sole. Sicut etiam a sole iusticie cecus mutuato lumine illuminatur. et Zacheus iustificatur. Eccl̄i. xliij. Initium diei festi a luna: lūinare qd̄ minuiꝛ ī ꝯsūmationē. Ps̄. lxxxviij. Et luna testis ī celo fidel' [Et ꝓficiscēte eo] chr̄o [de hiericho] Tāgit iter ad hierl'm quo festinabat ad passionem. In hoc em̄ nobis dedit exemplum Hebre. xij. Aspicientes in autorem fidei

et consummatorē Jesum:qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusiōe contempta [et discipulis eius] qui et instruendi et confortandi erant per miraculū. Joan.ij. Initiū signorū suoꝝ fecit Jesus coram discipulis suis.ꝛ manifestauit gloriā suam.ꝛ crediderunt in eum discipuli ei⁹ [ꝛ plurima turba] que ex deuotione cum eo ad diem festum cum domino ascendebat. et per miraculū ad fidem edificabatur. Apocal.vij. Uidi turbā magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnib⁹ gentib⁹ stantes ante thronū. Esa.ij. Ibūt populi multi ꝛ dicēt. Uenite ascendam⁹ ad montē dñi. ꝛ ad domū dei iacob. docebit nos de vijs suis.ꝛ ambulabimus in semitis eius [fili⁹ thimei.] Tangit ea que impetrāt miraculū ex parte ei⁹ in quo factū est. Et sunt Tria. Scʒ. Pristine felicitatis ꝓsperitas. Instantis miserie īfelicitas. ꝛ Instāter ad se clamātis supplicitas. Attende āt ꝙ Matth.xx. dicit.ꝙ duo fuerūt ceci illuminati a dño: Sʒ Marcus vnū ponit:q̄ note fuit fame: ꝛ de altero non negat:sed tacet. Uñ Beda in glo. Mattheus in hoc loco dicit duos cecos sec⁹ viā sedētes illuminatos. Lucas:cū appropinquaret hiericho vnū illuminatū pari ordīe. Sed Lucas scribit quod Mat.omisit. Q aūt hoc loco Mattheus duos dicit Marcus dicit vnū:alteꝝ non negat:sciendū est vnū eoꝝ fuisse notissimū. Unde ꝛ nomen ei⁹ ꝛ patris Marc⁹ cōmendat(al's cōmemorat)quod in alijs non facit: nisi cum Jairꝫ nomine expressit.quia ꝛ ille nobilis fuit; Ita ꝛ iste ex aliqua felicitate deiect⁹:notissime ꝛ famose miserie fuit:ꝙ(al's qui)nō solū cecus:verūetiā mēdicus sedebat. Huius ergo illuminationē Marcus describit.quia miraculo maiorē famā comparauit. Hoc est igitur ꝙ dicit [filius thimei] nobilis viri.nomīe [barthimeus] Qui filius pinguedinis interpretat:ex quo nomine p̄terita ꝓsperitas significat. Job.xvj. Ego ille quondam opulētus:nunc repente contritus sum. Luce.j. Deposuit potentes de sede [cecus] Ex tanta ꝓsperitate deiectū:tāgit in duplicē miseriā incidisse [cecus] luminibus ꝑuatus:vt vias ad querendū necessaria non videret.et ideo [sedebat] duces per vias non habens. Threnoꝝ.iij. Me minauit et adduxit in tenebras:ꝛ nō in lucem [iuxta viā] Non ī via:ne offendiculum esset transeuntib⁹: ꝛtamen a trāseuntib⁹ videretur. Matth.xx. Duo ceci sedentes secus viam. Esaie.lix. Expectauimus lucem ꝛ ecce tenebre. splendorē:ꝛ in tenebris ambulauimus. Forsitan enim iste quia ꝓsperitate abusus fuit:incidit in miseriā cecitatis:ꝛ mendice paupertatis. Deutero.xxviij. Palpet in meridie sicut palpare solet cecus in tenebris.ꝛ nō diriget vias suas [mendicans] hoc est:extensiōe manus paupertem suā dicēs.ꝛ in miseria corpis:nulla habēs vite solacia:ꝛ miserie tēperamenta. Job.xxx. Egestate ꝛ fame steriles:squalentes fame ꝛ miseria. Ecclesiastis.v. Diuitie ꝯseruate in malū domini sui. Pereunt eni in afflictione pessima. Generauit filium qui in summa egestate erit.

Qui cū audisset;qꝛ Jesus nazarenus esset.cepit clamare et dicere:Jesu fili dauid miserere mei

Tangit Instantiā supplicantis. Et dicit Duo. Supplicationē.et Instantiā. In Supplicatiōe dicit Tria. Scʒ. Excitationē ad petendū. Intensionem ad clamandū. Discretionē ad impetrandum. Dicit igit [Qui cum audisset] a trāseuntib⁹ Qꝛ sicut dicit Lu.xviij.ꝙ cuʒ audiret turbā p̄tereuntē:interrogabat qd hoc esset. Dixerunt aūt ei: quia Jesus Nazaren⁹ trāsiret. Et hoc est [q̄a Jesus nazarenus] omni flore vernans [esset] q̄ transiret:sperans de misedia et bonitate ꝛ largitate ei⁹ qui illuminat oēm hominē venientē in hunc mundū. excitatus est ad petendū ab eo:de quo dicitur Lu.j. Illumīare his qui in tenebris ꝛ in vmbra mortis sedent ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis. Et hoc est [cepit clamare] cum magna desiderij ꝛ intentionis ꝛ vocis intensiōe. Ps̄. xvij. Clamor meus introiuit in aures eius. Psal. cxviij. Clamaui in toto corde:exaudi me dñe. Baruch.iij. Anīa in angustijs ꝛ spūs anxi⁹ clamat ad te dñe [et dicere] Tāgit Discretiōem petitionis ad exaudiendū [Jesu fili dei miserere mei] Jesum nomīat saluatorē cuius ꝛ officiū ꝛ actus semꝑ fuit ad saluandū. In oratiōe Manasses.ij. Paral.vlt. Indignum saluabis me ꝓm multitudinem miscōie tue [fili Dauid] Manu fortis: q̄ saluare potest. Affectu desiderabilis: Qui ex benignitate cunctis exhibet vultum gratiosum. Diuitiis Reg:q̄ hʒ vnde saluare possit. Misericordis etiam in inimicos:quem aliena miseria iu corde afficit ꝛ cogit ad miserendū. Tu qui filius huius es:et hereditate cuncta ista accepisti [miserere mei] De Primo dicit Ecc̄li.xlvj. Scōʒ nomen suum fortis in salutem gentis. De Scōo Joel.ij. Benignus ꝛ misericors ꝛ prestabilis sup malicia Hester.xv. Ualde mirabilis es dñe ꝛ facies tua plena gratiaꝝ.et ideo oēs in facie eius gratiaʒ inueniunt. De Tertio.j. Coꝝ.ij. In omnibus diuites facti estis in illo. Et sequitur. Ita vt nihil desit vobis in vlla gratia. Rhoma.x. Diues in omnes qui inuocant illum. De Quarto Ps̄.cxxix. Apud dñm miscōia et copiosa apud eum redemptio. Ergo [miserere mei] tua compassiōe:vtranqꝫ meam miseriam corpis ꝛ fortune remouendo. Ps̄.l. Miserere mei deus ꝓm magnam misericordiam tuam:et ꝓm multitudinem miserationum tuaꝝ. Esa.lxiij. Ubi est zelus tuus fortitudo viscerū tuorum ꝛ miserationum tuarum super me continuerunt se.

Et cōminabantur illi multi vt taceret. At ille multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei.

Tangit hic ad petendum instantiam. Et tanguntur Tria que instantiam importāt. Scilicʒ Increpantium comminatio:qui a clamore hunc auertere non poterant. Clamoris per omnia momenta accumulatio. et Petitionis ingeminatio. Dicit igitur [Et comminabantur ei multi]

ci] nolentes inquietari dominū [vt taceret] a
clamore. Mattbei.xx. Qui preibant increpabant
eum vt taceret: Ipse vo multo magis clamabat.
Et tales signant eos qui retrahunt a bono ope-
re. Prouerbioꝝ.iij. Noli prohibere eum qui be-
nefacit: si potes et ipse benefac [At ille multo
magis clamabat] Col.iiij. Orationi instate vi-
gilantes in ea. Luce.xviij. Oportet semper orare ꝛ
nō deficere. Threñ.ij. Deduc q̃si torrentē lachry-
mas ꝑ diē ꝛ ꝑ noctē. ꝛ nō des requiem tibi. ꝛ ne tace
at pupilla oculi tui [Fili dauid miserere mei]
Ecce Petitōis ingeminatio. Matth.xv. Miserere
mei fili dauid. Facilis ei ꝛ mollis ad placandū fu-
it dauid. cuiꝰ tu es heres.ij. Reg.xxiij. Ipse eni q̃si
tenerrimus ligni vermiculus. Abachuch.j. Usq;
quo clamabo et non exaudies: vociferabo ad te et
non saluabis.

**Et stans Jesus p̄cepit illū voca-
ri. Et vocāt cecū dicentes ei. Ani-
equior esto: surge vocat te. Qui ꝓ-
iecto vestimēto suo exiliens: vēit
ad eū. Et respōdēs Jesus dixit il-
li. Quid tibi vis faciā? Cecus autē
dixit ei. Rabboni vt videā. Jesꝰ
autē ait illi. Uade. Fides tua te
saluū fecit. Et cōfestim vidit. ꝛ se-
q̄batur eum in via.**

Tangit hic ea q̃ circūstant istiꝰ miraculi ꝑfecti-
onē. Sunt aūt Septē. Quoꝝ Primū est Statꝰ
trāseuntis: cū dicit [Et stans iesus] vt eū cecꝰ cō-
sequi posset. Stetit eni ex misericordia expectans
eum: quē desidē trāsiuerat ex iusticia. Esa.xxx. Ex-
pectat vos dñs vt misereaꝭ vestri. Canti.ij. En ipe
stat post parietē nostrū. Et quid mirum q̄ stat ex-
pectans: qui ante stetit pulsans. Secundū ē Ad-
ducendi ceci ad se p̄ceptū. Uñ dicit [precepit il-
lum vocari] vt deo ꝛ lumini eterno appropinq̃-
ret. ps.xxxiij. Accedite ad eū ꝛ illuminamini. ꝛ fa-
cies vr̃e nō ꝯfundenꭍ. Gene.xlij. Adducite illū ad
me. ꝛ ponā oculos meos sup eum. Tertiū est Q̄
iuxta christi imperiū cecus vocaꭍ. [et vocātes
cecū) ministri illuminatōis ꝛ intercessores [dicē-
tes ei] ceco iā statim illuminādo]ij. Coꝛ.ij. Con-
fortate ī illū charitatē [Animequior esto] To-
bie.v. Forti animo esto: in proximo est vt a deo cu-
reris. Baruch.iiij. Animequior esto populꝰ dei. q̄
que deo placēt manifesta sunt vobis. Ergo [sur-
ge] hoc est: sursum ad celi lumen age te. Ephes.v.
Surge q̄ dormis: et exurge a mortuis: ꝛ illumina-
bit tibi christus [vocat te] Rho.iiij. Qui vocat
ea que nō sunt tanq̄ ea que sunt. Quartū est Ceci
ad lumen acceleratio. et hoc est. [Qui ꝓiecto ve-
stimento suo] vt reuerentiā exhiberet: et pristi-
ni erroris: ꝑ ꝯfessionē: ꝯuersatiōe3 deponeret. Can-
tico.v. Exui me tunica mea. ꝛ quomodo induar il-
la. Ephe.iiij. Deponite vos veterē hominē q̄ corrū-
pitur: ꝑ desideriū erroris [exiliens] pre gaudio
quod concepit de spe sanitatis percipiēde Cant.
ij. Ecce iste venit: saliens in montibus transiliens
colles. Quia si etiam claudus fuisset: pre gaudio
saltasset. Et hoc fuit signum perfecte fidei: quia ali-
ter gaudiū tantū non concepisset. Esaie.xxxv. Tūc
saliet quasi ceruus claudus: et aperta erit lingua
mutorum [venit ad eum] saluatorē ꝛ illumina-
torem omniū.j. Regū.xxv. In die bona venimus
ad te. [Et respondens iesus dicit ad eum.]
Quintum est In quo per questiōem intendit do-
minus alijs huius ceci ostēdere affectum [Quid
tibi vis faciam?) Hoc querit nō ignorans: sed
vt alijs ostendaꭍ q̄ nō carnale aliquid: sed perce-
ptionem luminis interioris ꝛ exterioris haberet in
desiderio. Tob.v. Quale gaudiu3 mihi est qui in
tenebris sedeo: et lumen celi non video? [Cecus
dixit ad eum] de videndo lumine. suum expla-
nans (alꝰ exclamans) desiderium. Eccl'iastis.xj.
Dulce lumen oculis et delectabile: videre solem.
[Rabboni] Dulcissime magister: Qui veritate
tua omnes illuminas: Qui dixisti Joan.xij. Ego
sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in
tenebris: sed habebit lumen vite. Qui dixisti Jo-
an.ix. In iudicium ego veni in hunc mundum: vt
qui non vident videant: et qui vident: ceci fiant.
[vt videam] Matth.xx. Luce.xviij. Rabboni
vt videam lumen. Psal.xvij. Deus meus illumi-
na tenebras meas [Jesus autē dixit ei] fons
vere lucis. Sapie.vij. Candor lucis eterne ꝛ spe-
culum sine macula [Uade] illuminationis pro-
fectu. Et hoc est Sextum. Ps. Domine in lumi-
ne vultus tui ambulabunt: et in nomine tuo exul-
tabunt tota die: et in iusticia tua exaltabunꭍ. Ba-
ruch.iij. Disce vbi sit lumen oculorum et pax [Fi-
des tua] qua me posse hoc tibi facere credis [te
saluum fecit] et Luce.vij. Fides tua te saluam
fecit: Uade in pace [Et confestim vidit] Hoc
est Septimū [Cōfestim] quia Nescit tarda moli-
mina spiritussancti gratia. Et ne puteꭍ ꝑ medi-
cinam curatus: statim in momento factum est.
Confestim ergo vidit. Psal.cxviij. Reuela ocl'os
meos et considerabo mirabilia de lege tua. Act.ix.
Ceciderunt ab oculis eius tanq̄ squame: ꝛ visum
recepit. Michee.vij. Cum sedero in tenebris: do-
minus lux mea est [et sequebaꭍ eum in via]
Fructus est miraculi et vtilitas. Matthei.viij.
Sequar te quocunq; ieris. Hic em̄ decetero lu-
men sequebatur: ne in tenebris impingeret. Joā.
xij. Dum lucem habetis credite in lucem vt filij lu-
cis sitis. Ephes.v. Ut filij lucis ambulate. Hoc
enim est primum lucis beneficium vt sequamur
lucem.

Capitulum.XI.

**Et cum appropin-
quarent hierosolyme ꝛ be-
thanie ad montē oliuarū:**

A Ab hoc loco agere incipit de Electiōe q̄rūdā ad
Regnū leonis ꝑtinētiū.et de Reprobatiōe aliorū
Continēt aūt in ea Tria capitula. In q̄ꝝ Primo
sub metaphora describit Synagoge reprobatio.
⁊ Eccl'ie de gentib⁹ electio. In Scd̄o aūt Meritū
reprobatōis ostendit.qd̄ est hui⁹ libri capl'm duo
decimū. In Tertio aūt:hoc ē tertiodecimo hui⁹ li
bri capitulo Mod⁹ reprobatiōis synagoge dete'mi
natur. Istud autē capitulū in Duas diuidit par-
tes. In quarū Prima Duplex metaphora repro-
bande synagoge inducit. In Scd̄a autē questio
de Ptāte huius reprobatiōis determiat Ibi[Et
venīūt rursus hierosolymā ⁊c̄.] Pr̄ia harū adhuc
ꝰm duplā reprobatiōis metaphorā in Duas par
tes distribuitur. Quaꝝ Prima est metaphora in-
ducens Inobedientiā legis:propter quā synago-
ga reprobat. Secūda autē Ariditatē dulcedinis
intellectus sp̄ūalis:ꝓpt̄ quā ꝑ panē(al's passionē)
condemnat sterilitati: Que incipit Ibi[Et alia die
cum exiret a bethania esuriit.] Adhuc autē Pri-
or harum in Tres scindit partes. In Quaꝝ Pri
ma ꝑ adductionē pulli indomiti Gentiū vocatio:
⁊ Reprobatio iudeorū p̄signat. In Secūda per
ꝓcessionē Una fides patrū ⁊ gentiuꝫ vocatarum
ostendit. Ibi[Multi autem strauerūt. In Tertia
Desideriū salutis iudeoꝝ in chr̄o .et Ingratitudo
eorūdem demōstratur: Ibi[Et intrauit hierosoly
mam in templū: ⁊ circūspectis ⁊c̄.] In Pr̄ia haꝝ
partiū Tres sūt ꝑagraphi. In quoꝝ Pr̄io Disci-
puloꝝ missio continet. In Secūdo Obediētia di
scipuloꝝ ꝑfecta describit. Et in Tertio Electōnis
gentiū metaphora ꝑ sessionē aselli demonstratur.
In Primo hoꝝ ꝑagraphoꝝ Duo dicunt. Scꝫ.
Discipl'oꝝ missio. ⁊ Legatōis iiūctio. Circa Mis
sionē Duo attendunt. Scꝫ. Loci vnde mittunt
opportunitas. ⁊ Nūcioꝝ idoneitas. De Loci op
portunitate Tria dicunt: Describit eni Oportūi-
tas Ex vie termino. ⁊ describit Oportunitas Ex
loci in quo missio ordinata est mysterio. ⁊ Tertio
describitur Ex loci a quo missio est facta ꝓprio si-
gnificato. Dicit igitur.[Et cum] quinqꝫ die-
ebus ante pascha: hoc est: die dominica palmarū
[appropinquaret iesus] hoc est: appropinq̄-
re inciperet[hierosolyme] ad quā tendebat tanq̄
ad locū passiōis. Matth. xx. Lu. xviij. Marci. x.
Ecce ascendimus hierosolymā: et cōsummabunt
omnia que scripta sunt de filio hoīs. Lu. xiij. Nō
capit ꝓphetā perire extra hierusalē. Hic autē loc⁹
oꝓportunus fuit passioni. qꝛ ꝑ passionē introitus
est ad eterne pacis visionē: quod hierusalem inter-
p̄tatur. Gal'. iiij. Illa que sursum est hierusalē: libe
ra est que est mater nostra. Esa. vlti. In hierusaleꝫ
cōsolabimini videbitis ⁊ gaudebit cor vestrū [et
bethanie] Locus est in quo ordinatū est de mis
sione ista. Joā. xij. Ante sex dies pasce venit iesus
bethaniā vbi fuerat Lazarus mortu⁹ quē suscita-
uit Jesus. Fecerunt autē ei ibi cenam: ⁊ Martha
ministrabat: Lazarus autē erat vnus de discum-
bentibus. Maria ergo accepit libram vngēti nar
dipistici p̄ciosi. ⁊ facto alabastro effudit super ca-
put ipsius recūbentis. Et ibi ꝓditor ꝓ vngenti re-
cuperatōe concepit ꝓditionē. Et chr̄s ibi ordina-
uit electorū: ꝑ discipuloꝝ legationē: vocationem.
Et hoc fuit sabbato ante palmas. Hic autē loc⁹
non nisi duodecim stadijs distabat a hierusalem.
Oportunus aūt fuit. quia bethania domus obe-
dientie interp̄tatur. ⁊ ꝑ obedientiā patris ordina
tum est vocationis electoꝝ officium. Phil'. ij. Fa
ctus obediens patri vsqꝫ ad mortē: mortē aūt cru-
cis[ad montem oliueti] Matth. xxj. Cum ve
nisset Betphage ad montē oliueti. Betphage em̄
casale paruum erat in latere montis oliueti situm
Oportunus autē locus fuit vnde talis missio fie-
ret. Unde glosa. Hec in monte oliueti posita esse
dicit: vt ecclesia per gratiā dei esse saluanda signet
quam vnctiōe sp̄ūalium charismatū et sciētie et pi
etatis luce fouet. Mons em̄ oliueti: spiritualium
distributor gratiarū esse signat. Et ne absconderet
ciuitas supra hunc montē posita: mittit duos de
discipulis suis dicens illis: Ite in castellū qd̄ con-
tra vos ē. Sic ergo patet hui⁹ loci: vnde facta est:
ad ipsam legationē: ꝯueniētia. Matth. v. Nō pōt
abscōdi ciuitas supra montem posita. Mons em̄
est eleuatio potestatis ecclesiastice. Et fructus oli
ue: signat gratiaꝝ in ecclesia vbertatem. Cantic̄. j.
Oleū effusum nomen tuum. Ecc̄is. ix. Oleū de ca
pite tuo non deficiet.

Mittit duos ex discipl'is suis:

Tangit h̄ Legatoꝝ siue nūciorū idoneitas. Duo
aūt tāgunt circa hoc. Scꝫ. Mysteriū. ⁊ Informa
tio eterne veritat̄. Dicit igit[Mittit] Autori-
tatem dans legationis. Matth. x. Ecce ego mitto
vos sicut oues. Luce. xx. Ite: Ecce ego mitto vos.
[duos] ꝓpter gemine charitat̄ affectū: sicut dicit
Grego. quia Charitas non minus q̄ꝫ inter duos
haberi potest. Uel sicut dicit glo. propter veritat̄
sciam: et operis mundiciā. Prouerb. xviij. Frater
qui iuuat a fratre: est q̄si ciuitas firma. Ecc̄is. iiij.
Melius est esse duos q̄ꝫ vnū: Habēt em̄ solaciū
mutue societatis[ex discipulis suis] q̄s eterne
informauerat v̄itat̄ institutis. Joan. viij. Si vos
manseritis in sermone meo: discipuli mei eritis: ⁊
cognoscet̄ v̄itatem ⁊ veritas liberabit vos

Et ait illis: Ite in castellum qd̄ contra vos est:

[Et ait illis] iniungens illis sue legatiōis of
ficium. ij. Corinth. v. Legatione fungimur tanq̄
deo exhortāte ꝑ nos [Ite in castellū] Iniūcta
hec tangit discipulis legatio. Quattuor autem di
cit. Legationis ꝓcessum. Legatoꝝ cuētum. Lega
tiōis officiū. et Legatōis iniūcte statim ad mouē
dum impedimētū. Primū tāgit cum dicit[Ite]
procedendo legatiōis processu et profectu. Mar-
ci. vlt̄. Ite in orbem vniuersum et p̄dicate euange-
lium omni creature. Job. xxxviij. Nunq̇d emittes
fulgura et ibūt: et reuertentia dicent tibi: assum⁹.
Acsi dicat: Nō tu facies hoc: sed ego. Fulgura em̄
sunt apostoli tonantes p̄dicatione: et micantes co
ruscatione: et feruentes cōminatione: et blandien-
tes leni lūine: etne vite ꝓmissiōe[in castellū] qd̄
iā ꝓpter iniq̇tateꝫ: ea q̄ erat metropolis ciuitas: in
castellū hūile conuersant. Esa. j. Quomō facta es

meretrix ciuitas fidelis plena iudicij: iusticia habitauit in ea: nunc aūt homicide. Incastellata aūt ē armis cōtra deū ordinatꝭ. Thre.iij. Circūedificauit aduersū me lapidibꝫ q̄drꝭ vt n̄ egrediar. ps̄.lix. Quis deducet me in ciuitatē munitā [qd̄ cōtra vos ē] q2 tota se totā pauerat ciuitas ꝯ saluatorē Ps̄.liiij. Vidi iniq̄tatē ⁊ ꝯdictōnez ī ciuitate: tota die sup̱ muros eiꝰ iniq̄tas. ⁊ ī plateis eiꝰ vsura et dolꝰ. He sūt munitōes ꝯ q̄s mittūt̄ apl̄i.ij. Cor.x. Cōsilia destruētes: ⁊ oēm altitudinē extollentē se aduersus scientiā christi.

Et statim introeūtes illuc: inuenietis pullū ligatū: sup̱ quē nēo adhuc hoīm sedit. Soluite illū ⁊ adducite. Et siq̄s vobis dixerit: q̄d facitis: dicite: q2 dn̄o necessariꝰ ē: ⁊ cōtinuo illū dimittet huc.

B Tangit h̄ Legatoꝝ euētū Dicit igit̄ [Et statim] in ip̄o vrbis ꝑforio (al's ꝑmurali) [introeūtes] q2 statim occurrit eis qd̄ q̄rebāt. Gen̄.xxvj. Volūtas dei fuit: vt cito occurreret mihi qd̄ volebā [illic] h̄ est: inibi [inuenietis pullū] Mat.xxj. Inuenietis pullū asine sup̱ quē nullꝰ hominū sedit. Qui nullo freno domitꝰ ⁊ attractꝰ gentilem significat populū: q̄ nulla lege frenatꝰ fuerat. Job.xj. Vir vanꝰ in sup̱biā erigit̄. ⁊ q̄si pullū onagri se natū liberū putat. Putabat eni gentil' populus se natū ad libertatē. ⁊ ideo nulla lege se frenare ꝑmisit [ligatū] mltoꝝ vincul' peccatorū. Prouer.v. Iniq̄tates sue capiūt impiū: ⁊ funibꝫ pctōrū suoꝝ ꝯstringit̄. ps̄.cxviij. Funes pctōꝝ circundederūt me: ꝑoccupauerūt me laquei mortꝭ [sup̱ quē] regendū ad honestatē legū [nemo adhuc hoīm] rōe vtentiū [sedit] domandū ⁊ regendū sed in barbaris scia (al's sciētijs) viuit vagās p̱ cāpos licentie. Ps̄.lxx. Ibūt in adiuētōnibꝫ suis. Ps̄.xxxix. Quis dimisit onagꝝ liberꝝ. ⁊ vincula eiꝰ q̄s soluit: Onager est asinus agrestis cui nullꝰ rōnabiliū īsedit doctoꝝ: vt d̄t Glo. [Soluite illū] a vincul' pctōꝝ. Mat.xvj. Qd̄cūq3 solueritis sup̱ terrā: erit solutū ⁊ ī celis. ps̄.cxlv. Dn̄s soluit cōpeditos: dn̄s illumiat cecos. Et absolutū a vinculis pctōꝝ [adducite mihi] insidēdū ⁊ regendū. Et hec ē iniūcta legatio. Joā.j. Adduxit eū ad iesū. Esa.lx. Tūc videb̄ ⁊ afflues. ⁊ mirabit̄ ⁊ dilatabit̄ cor tuū: qn̄ ꝯuersa fuerit ad te mltitudo maris. ⁊ fortitudo gentiū venerit tibi. Oēs eni illi p̱ pullum significant̄: adducendi p̱ apostolos. [Et siquis vobis aliquid dixerit] Hoc est: si aliquis vobis aliquid dixerit: obijciens contra pulli solutōem. Totus eni mundꝰ cōtra solutionem pulli istius ratōibꝫ armabat̄: solutōni cōtradicēs Ezechiel'.ij. Audiui post me vocē cōmotōnis magne. Psal.xcij. Eleuauerūt flumina domine: eleuauerunt flumina vocē suā. hoc est: defluētes tēporalit̄ in fideles. Sic eductionē (al's eductōi) populi de egypto: egyptij ꝯtradixerūt. Sic Pharao ꝯtēpꝰ surgit ī scādala. Mat.xxj. Siquis vos interrogauerit: dicens [Quid facitis] hoc ē. Quare hoc facitis: Sicut multi querūt ratōem: quare a liberate vocet̄ aliquis ad fidē vel religionez: Esaie.lviij. Scire vias meas volunt. Exo.v. Nescio dominū: et israel non dimittā. [dicite] hoc ē: rationes fidei ostendite [quia dn̄o] regēdus pullus [necessarius est] Nō necessitate dn̄i: sed necessitate pulli. quia aliter indomitus ꝑiret. j. Pet. iij. Parati omni poscēti vos rationem reddere de ea que in vobis est fide ⁊ spe [et continuo] audita fidei ratione [illum] pullum [dimittet huc] adducendū ad me. Esa.xlv. Ego ante te ibo ⁊ gloriosos terre humiliabo: portas ereas conteram: ⁊ vectes ferreos cōfringā. Dn̄s em̄ assignata rationabili ratione fidei: humiliat intellectum audientium: et humiliat gloriosos terre ph'os. Et cōfringit portas ereas: quando frangit oratoꝝ eloquētiā per orbem sonantē. Et vectes ferreos cōfringit quādo acutos syllogismos dialectice fidei subdit. Et tunc dimittit̄ ab eis adducēdus ad dn̄m: qui ante rōnibus phantasticis detinebat̄

Et abeuntes inuenerunt pullū ligatum an̄ ianuam foris in biuio et soluūt eū. Et q̄dam de illic stantibus: dicebant illis: Quid facitis soluentes?

Tangit̄ h̄ Discipuloꝝ simplex obedientia. Et dicuntur h̄ Quinq3. Profectus. Sermonis p̄dicti effectus. Precepti impletio. Presentiū astantiū contradictio. et Pulli ad dn̄m adductio. Dicit igitur [Et abeuntes] discipuli a dn̄o ad obedientie ꝑfectionem (al's ꝑfectiōem) Ezech.j. Animalia ibant in similitudinē fulguris coruscātꝭ. Nulla em̄ erat dubitatio: nulla interrogatio: quo minus iniuncte obediētie opus non statim ꝑficeret̄ in impetu charitatis ⁊ feruore spūs [inuenerūt pullum] liberum: nullo iugo obedientie p̄ssum: nullo freno alicuius legis frenatum [ligatū] loris suorum peccatorum ⁊ lasciuiarū. Osee.iiij. Ligauit eum spiritus in alis suis. hoc est: spiritꝰ fornicationis et lasciuie. ij. Paral'. vlti. Ligatus sum multo vinculo ferri: et non est respiratio mihi [an̄ ianuam] hoc est: ante fidei principia et articulos per quos est ingressus in ecclesiā. Joā.x. Ego sum ostium: per me siquis introierit saluabitur: et pascua inueniet. Genes'.xxiiij. Ingredere benedicte domini: cur foris stas: quia foris est q̄ est ante principia fidei et ante christum [in biuio] hoc est in libertatis arbitrio. quia poterat intrare ⁊ diuertere ꝑut volebat. Eccl̄i.xv. An̄ hoīem vita ⁊ mors: bonum ⁊ malum: Quod placuerit ei: dabitur illi Ad litteram tamen sicut alibi diximus erant ibi ligata aīalia onerifera: vt pauperes qui ad diem solennem ascenderunt: et lassati in via ꝑficere iter non poterant: illis veherentur. Vel si forte onera habebant ad ritus sacrificiorum pertinentia: animalibus illis cōmunibus veherent (al's veherentur) vt sacrificiorū vsus in tanta haberet̄ solennitate. Sed primū est: quod mysteriū est de intētiōe dn̄i [et soluunt eum] Ecce Obediētia. Ps̄.cxv

Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiã laudis [Et quidaz de illic stantib9 dicebant] Sicut Athenienses dixerũt Paulo Act. xvij. Possumus scire que est hec doctrina. Noua eñi q̃daz infers aurib9 nr̃is. [Quid facitis soluentes pullũ] hoc est. q̃re h̃ facitis: q2 paternas leges et ɔsuetudĩes relinq̃tis. ꝛ noua q̃dã ꝛ hacten9 inaudita seruare vultis. Joan. ix. Tu discipul9 ei9 sis. nos ꝟo moysi discipuli sum9. Nos scim9 q2 moysi locut9 est de9. hũc ꝟo nescimus vñ sit. [Qui] discipuli [dixerũt illis] talit̃ obijcientib9 [sic p̃cepat dñs] ioẽm obiectõem eoꝝ ꝛ laqueũ dissoluentes. p̃s. xiiij. Ad nihilũ deduct9 est in cõspectu ei9 malign9. timẽtes aũt dñm gl'ificat [ꝛ dimiserunt eos] nihil vlteri9 obijciẽtes. j. Reg. ij. Impij ĩ tenebris: ignorãtie: ɔticescẽt. q2 ñ ĩ fortitudine sua roborabitur vir.

Et adduxerũt pullũ ad Jesum. et ponũt illi vestimenta sua: ꝛ sedit super eum.

Dicit igitur ⌊Amen dico tibi⌋ Confirmatione vtitur: quia est đ futuro ⁊ cõtingens ⌊quia tu hodie⌋ in hac die Non artificiali: sed naturali ⌊in hac nocte⌋ quia pars est diei naturalis ⌊prius q̃ȝ bis gallus vocem dederit⌋ hoc est: cantauerit ⌊ter me es⌋ ex infirmitate tua ⌊negatur⁹⌋ Omnes autem alij euangeliste dicunt Matthe. Uicesimosexto. Luce.xxij. ⁊ Joãnis.xviij. Prius q̃ȝ gallus cantet: ter me negabis. Intelligit prius q̃ȝ gallus gallíciniũ medie noctis compleuerit. qđ in pluribus galliciniјs completur. ⁊ tunc concordat cum isto. Et in negatiõe hac Petrus ex infirmitate remansisset: si oratio christi eũ non reduxisset. Luc. Uicesimoscđo. Simon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticũ: ego autem rogaui pro te vt nõ deficiat fides tua. ⁊ tu aliquãdo cõuersus confirma fratres tuos ⌊At ille amplius loquebatur⌋ confirmans ꝑsumptionẽ: quia non expertus fuit se ip̃m ⌊Etsi oportuerit me simul cõmori tecum⌋ hoc est periculum mortis subire ⌊non te negabo⌋ Lu.xxij. Domine paratus sum tecũ ⁊ in carcerem ⁊ in mortẽ ire ⌊Similiter autem et oĩes⌋ discipuli cum petro: simili presumptione ⌊dicebant⌋ Matthe. Uicesimosexto. Etsi oportuerit me mori tecum: non te negabo. Siĺiter autem ⁊ omnes discipuli dixerũt

Et veniunt in predium: cui nomen gethsemani

Q Hic tangit̃ de Confortatõne oratiõis. Scđȝ ãt Triplicem orationez christi pars hec diuiditur in Tres partes. In quarum Prima Septem continentur. In quorum Primo dicit Ubi facta ẽ hec oratio. In Secũdo A discipulis sequestratio. In Tertio Secretissimoruȝ assumptio. In Quarto Orantis in oratiõe dispositio. In Quinto Uigiliarum discipulis indictio. In Sexto Orationis ad patrem directio. In Septimo Discipulorum dormitantium increpatio ⁊ instructio. Et hec per ordinem in littera cõtinẽtur Dicit igitur ⌊Et veniunt⌋ simĺ Jesus ⁊ discipuli ⌊in predium⌋ cuiusdam. quod casale ibi fuit ad predium cuiusdaȝ pertinens ⌊cui⁹ nomen gethsemani⌋ que vallis pinguium (vt dicit glo.) interpretatur. quia ibi tauri pingues obsederũt illum. ⁊ vituli multi circundederunt eum. Psalm̃.xxj. Circundederũt me vituli multi. tauri pingues obsederunt me. Et hoc est primũ vbi facta est oratio. quia Ibi necessaria fuit vbi circũdatus est ab inimicis.ij. Paralipom̃.xx. Cum ignoramus quid agere debeam⁹: hoc solum habemus residui vt oculos nostros dirigamus ad te. Psal.xxxiiij. Ego autez cum mihi molesti essent induebar cilicio. ⁊ humiliabam ĩ ieiunio animã meam. ⁊ oratio mea in sinu meo conuertetur.

Et ait discipl'is: Sedete hic donec orem.

Hic tangitur Discipulorũ a cõmunitate segregatio ⌊Sedete⌋ hoc ẽ quiescite ⌊hic⌋ Joãnis.xvj. In mundo pressurã habebitis: in me autẽ pacem ⌊donec orem⌋ Gene. Uicesimoscđo. Expectate me hic cum asino. ego ⁊ puer cum adorauerimus reuertemur ad vos.

Et assumit Petrum ⁊ Jacobũ et Joannem secum.

Ecce Intimorũ ⁊ pre ceteris instruendorum assumptio ⌊Petrũ⌋ verticem apostoloruȝ: Qui propter apicem apostolat⁹ instruendus erat ĩ regimine ⌊et Jacobũ⌋ Qui primus inter apostolos passionem sustinuit: ad virtutẽ passionis erat confortandus ⁊ instruendus ⌊et Joannẽ⌋ Qui quia veritatez deitatis altius scripsit: ad familiaria oratõnis erat admittendus ⌊secum⌋ Psalm̃. Quadragesimosexto. Principes populorum cõgregati sũt cum deo abraam. Sic Exođ. Decimoseptimo. Moyses in montẽ accepit secum Aaron ⁊ Ur. Sed christ⁹ vno plus: quia dignior Moyse fuit. Aaron enim montanus: significat corroborationem in virtute. Ur autem ignis: excelsum significat in charitate. quod Petrus ⁊ Jacob⁹ designat: Quia autem non veritas: sed veritatꝭ vmbra fuit in Moyse. ideo nullum loco Joannis assumit. Michee.vj. Misi ante faciem tuã Moysen ⁊ Aaron ⁊ Mariam. Moyses: Petruȝ: propter apicem dignitatis. Aaron: Jacobuȝ: propter virtutis excellentiã. Maria autem: que interptatur illuminatrix: Joannem significat propter veritatis contemplationem

Et cepit pauere et tedere. Et ait illis. Tristis est anima mea vsq̃ȝ ad mortem.

Ecce Dispositio orãtis. Pauor autem refertur ad cor: ⁊ tedium ad mortis expectationẽ Et in hoc humanitatꝭ veritas designatur. Job.iiij. Pauor tenuit me ⁊ tremor. Et cum spiritus me presente transiret: inhorruerũt oĩes pili carnis mee. Ps̃. Quinquagesimoquarto. Timor ⁊ tremor venerunt super me: ⁊ contexerunt me tenebre ⌊et ait illis⌋ veritatem sue humanitatis ꝫm sensualitatez designando ⌊Tristis est anima mea⌋ Nõ tristicia passionis: sed propassionis ⌊vsq̃ȝ ad mor-

tem] exclusiue. quia post mortē nec de me nec de meis vnqꝫ tristabor. Apocalyp. xxi. Jam non erit amplius neqꝫ luctꝰ neqꝫ clamor: sed nec vllus dolor: quoniam priora transierunt.

Sustinete hic et vigilate.

Ecce Indictio vigiliarum. Luce. xii. Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominꝰ vester venturꝰ sit. i. Pet. v. Sobrii estote ⁊ vigilate: quia aduersarius vester diabolus circuit querens quem deuoret: cui resistite fortes in fide.

Et cum processisset paululū: cecidit super terram.

[Et cum processisset paululuz] a discipulis. Tangit hic Orationez. ⁊ premittit Reuerentiam orantis. De Reuerētia quidem dicit [Et cū processisset paululuz] etiam a tribus intimis recedendo. Canticoꝝ. i. Paululum cum pertrāsissem eos: inueni quem diligit anima mea [procidit super terram] quia tres viderunt discipuli. Matthe. Vicesimosexto. Et progressus pusillum: procidit in faciem suam orans ⁊ dicens ⁊c.

Et orabat vt si fieri posset trāsiret ab eo hora.

Ecce Oratio. Et Duo dicit. Sensum orationis: ⁊ Formam. Sensum dicit [Si fieri posset] salua cōgruentia redemptōnis humane [transiret ab eo] ⁊ non fundaretur in ipso [hora passionis] quia humanum erat mortem horrere. Et hanc quidem orationē fecit formando ratio. sed fecit eam pro naturali affectu sensualitatis: vt verus homo demonstraret. i. Corinthioruz. xiiii. Orabo spiritu: orabo ⁊ mente. Psallam spiritu: psallam ⁊ mente. hoc est sensualitate ⁊ ratione: quia Spiritus ibi vt dicit Augustinꝰ: ponitur pro parte sensualitatis: in qua imagines rerum imprimuntur.

Et dixit Abba pater: om̄ia possibilia sunt tibi: Transfer calicem hunc a me. Sed non quod ego volo: sed quod tu.

R [Et dixit] formam oratiōis exprimēdo [Abba pater] Forma autē istius orationis continet Tria. Pietatem. Petitionē. ⁊ Ratiōis discretionem. Pietatem cum dicit [abba pater] Abba in hebreo: idem est quod pater. Et ideo pater quod sequitur: dictū est euangeliste. Patrē autem nominat: quia pietatis nomen est. Et in nomine patris: ⁊ dulcescit oratio: ⁊ fiducia datur impetrandi. Joannis. xi. Gratias ago tibi pater qa exaudisti me. ego autem sciebam quia semper me audis. Gal. iiii. Misit deus spiritū filii sui in corda nostra damantem Abba pater [Omnia tibi possibilia sunt] cum sis omnipotēs. Lu. i. Non erit impossibile apud deum omne verbū. Geñ. Decimooctauo. Nū deo quicqꝫ erit difficile. Et quia omnia tibi sunt possibilia: ⁊ potes alium modū liberatōis hūane sicut scis ⁊ vis ordinare [transfer cali. hunc a me] Et illud est quod petitur in hac oratione. Non vt obtineat: sed vt vitas humane infirmitatis demonstretur. Tamē quidaz sic exponūt [transfer] Non vt non veniat: sed vt non fundatur in me vel meis permaneat. Sed hoc parum est: quoniā bene sciuit ꝙ non fundaretur vel staret in se ⁊ suis passio. Vel [transfer calicē hūc a me] Hoc est a meis a quibus descendi ꝯm carnem. hoc est: a Judeis ꝙ eis non imputetur. Simile dicit Apostolus Rhomanoꝝ. ix. Voluntas quidem cordis mei ⁊ obsecratio ad deuz fit pro illis in salutem. Testimoniū enim perhibeo illis ꝙ emulationem dei habeāt: licet non ꝯm scientiam. [Sed nō quod ego volo] hoc est discretionis ꝯm rationē. Matthe. Vicesimosexto. Veruntamē non sicut ego volo [sed sicut tu vis] Hester. xiii. In volūtate tua cuncta sunt posita: ⁊ non est qui possit resistere voluntati tue. ii. Regum. x. Dominus quod bonum est in oculis suis faciet

Et venit et inuenit eos dormientes. Et ait Petro: Simō dormis. Non potuisti vna hora vigilare? Vigilate et orate: vt nō intretis in tentationez. Spiritus quidem promptus est: caro vero infirma. Et iterū abiens orauit eundē sermonē dicēs Et reuersus denuo inuenit eos dormientes. Erāt enī oculi eorum grauati: et ignorabāt quid respōderent ei. Et venit tertio: et ait illis. Dormite iam et requiescite: Sufficit. Venit hora: ecce filius hominis tradetur in manus peccatoruz. Surgite eamus: ecce qui me tradet prope est.

[Et venit] ad discipulos [et inuenit eos dormientes] Matth. Vicesimosexto Erāt em̄ oculi eorum grauati. Natura tristicie est ꝙ inducit somnum per recursum caloris ad intra. Statim enim retracto calore ⁊ spiritu ab exterioribꝰ organis sensuum: obrepit eisdem organis sensuum frigiditas: inducens somnū per hoc ꝙ ligat organa sensuum. quia Somnus nihil aliud est qꝫ sensuum ex frigiditate oborta ligamentū [Et ait Petro] qui pre ceteris de se presumpserat [Simō] Jam enim infirmitate depressus: non petrꝰ vel cephas. sed antiquo nomine Simon vocaris [dormis] Id est quid tu sopore deprimeris. surge invoca deum tuum [Non potuisti vna hora vigilare] angustie ⁊ tedii in expectatione passionis [mecum] Quid ergo facturus es in ipsa passione? Et ammonet petrum ad recognitionez sue infirmitatis [Vigilate ergo] Vel adhuc. Etsi nō pro me vigilatis [vigilate] pro vobis. i. Corinth. xv. Euigilate iusti. Ignorantiam enim dei quidā habēt vsqꝫ adhuc [et orate] patrē celestem inuocando [vt non intretis] per gradus peccati [in

tentationem] que est impulsio ad illicitum: sed
statim in proforio a peccati itroitu vos subtraha-
tis. Sic enim conteritur caput serpentis. Gen. iij
Job Quadragesimoprimo. Per girum dentiũ ei⁹
formido. Dentes enim diaboli: sunt gradus Ten
tationum. Prim⁹ motus Cogitatio: Delectatio
morosa (al's Delectatio: mora) i corde. Cõsensus:
Voluntas plena: Impetus: Operatio: Iteratio:
Consuetudo: Defensio peccati. Gloriatio in pecca
to: Inuerecũdia: Impenitẽtia: Desperatio. Mat-
thei. vj. Et ne nos inducas in tentationez. Et sub-
iungit causam [Spirit⁹ quidem] qui est supe
rior pars anime: que cõtemplandis eternis inhe-
resdt [promptus est] de se: ꝛ natura sua. Rho-
manoꝝ. vij. Condelector legi dei s'm interiorẽ ho-
minez. Esa. Vicesimosexto. Spiritu meo in p̃cor-
dijs meis de mane vigilabo ad te [caro autem]
que corrupta deprimit semper: ꝛ aliquãdo vincit
spiritũz. Rhomanorũ. vij. Video aliam legem in
membris meis repugnantẽ legi mentis mee. ꝛ ca
ptiuantem me in lege peccati. que est in membris
meis. Sapie. ix. Corpus quod corrũpitur aggra
uat animã: ꝛ deprimit terrena inhabitatio sensum
multa cogitantẽ. Et ideo dicit [caro autem in-
firma] Et ideo ex parte illa fit tentatio: in quam
orandum est vt nõ intretur. Glo. Non ait vt non
tentemini: sed vt non intretis in tentationem. id est
vt tentatio vos non superet: non teneat intra suos
casses [Et iterum abiẽs] a discipulis se seque-
strans. Et hec ẽ oratio secũda. Matth. vj. Tu au-
tem cum oraueris intra in cubiculũ: ꝛ clauso ostio
ora patrem tuũ [eundem sermonem] oratio-
nis. vt scilicet trãsiret ab eo calix passiõis [orauit
dicens] in oratione quod prius dixerat. Docẽs
nos hoc quod dixit Luc. Decimooctauo. Quoniã
oportet nõ semel tm̃ orare: sed instanter orare ꝛ nõ
deficere. Coloss. iiij. Orationi instate: vigilantes in
ea. Actuũ. j. Omnes erant perseuerãtes in oratio-
ne. Luce. xj. Si perseuerauerit pulsans. Etsi non
propter ip̃um: tamẽ propter improbitatẽ eius sur
get: ꝛ dabit ei quotquot habet necessarios [et re-
uersus denuo] ab oratiõe ad discipulos [inue
nit eos dormientes] pondere tristicie dep̃ssos.
Matthe. Vicesimosexto. Dormitauerũt omnes ꝛ
dormierũt. Prouerbiorũ. vj. Usqꝫ quo piger dor
mis: paululũ dormies; paululum dormitabis: ꝛ
veniet tibi quasi viator egestas. ꝛ pauperies qua-
si vir armatus [erant autem oculi eorũ gra-
uati] Glo. Languescũt oculi apostoloꝝ negatio-
ne vicina [et ignorabant] iam suam sentientes
infirmitatem [quid responderent ei] cõueni-
enter. Job. ix. Si voluerit cõtendere cum eo: non
respondebit ei vnuz pro mille. Rhomanoꝝ. ix. O
homo tu quis es qui respõdeas deo: [Et venit
iterum] ab oratõe ad discipulos. quia etiaz Da-
niel. vj. Ter orauit daniel cõtra templũ. ij. Corin-
thiorũz. xij. Propter quod ter dominũ rogaui. Et
ideo in antiquis legibus preceptum fuit ter orare
[et inuenit eos] discipulos tertio [dormien-
tes] Matthe. Vicesimosexto. Et relictis illis ite-
rum abijt ꝛ orauit tertio eundem sermonẽ dicens
[Tunc venit ad discipulos suos et dicit il-
lis: Dormite iam ꝛ requiescite] Glo. Nota
ꝙ hoc dicto aliquantulũ siluit. ꝛ omnes dormie-
runt ꝛ requieuerunt. Hoc autem ideo fecit: vt so-
mno recreati fugere possent ð manibus eorum q̃
statim christum erant capturi. Job. iij. Requieue
runt fessi robore. Ecclesiastis. v. Dulcis est somn⁹
laboranti: siue parũ siue multũ comedat. Et post-
q̃ꝫ quieuerant: tunc dixit eis [Sufficit] tantum
quieuisse [venit hora] mee traditiõis ꝛ vestre di-
spersionis. Et hoc est quod sequit' [Ecce fili⁹ ho
minis] in natura: quã cõmunem habet cum ho-
mine [tradetur] per Iudã. nõ dormientem: sed
scelus traditiõis instanter agentẽ [in manus] i
est in potestatem [peccatoꝝ] qui peccabunt (al's
preualebunt) in ip̃um. Abacuch. j. Preualẽte im
pio aduersus iustũz egreditur iudiciũ peruersum.
Job. ix. Terra data est in manus impij: vultuz iu
dicuz eius operit [Surgite] a somno [eam⁹]
obuiam proditori: vt omẽs sciant ꝙ volũtarie me
offero passioni. Joannis. xiiij. Ut sciant omẽs q̃a
diligo patrem. Et sicut mandatũ dedit mihi pater
facio. Surgite eam⁹ hinc [ecce qui me tradet]
in manus Judeoruz [prope est] quem nolo de-
clinare q̃ꝫuis possem. Matthei. xxvj. Surgite ea-
mus: ecce appropinquabit qui me tradet

Et adhuc eo loquẽte venit Ju- das scarioth vnus de duodecim.

Hic incipit pars que est de Traditionis perfe
ctione ex parte traditoris. Dicũtur autem hic Duo.
Scilicet. Qualiter ad tradenduz fuit armatus. ꝛ
Quo signo ab ip̃o christus est proditus. In Pri-
mo dicũtur Tria. Scz. Q ad prodendũ fuit aui-
dus ꝛ festinus. Q ad prodendũ fuit christo valde
ingratus: ꝛ Q in proditione adiutorib' iniquis
fuit armat⁹ Dicit igitur [Et adhuc eo loquẽ
te] Acsi dicat ꝙ etiam sermonẽ perficere me nõ p-
mittit. Esa. v. Ecce festinus velociter veniet. Pro-
uerbioruz. j. Pedes eorum ad malũ currunt ꝛ fe-
stinant vt effundant sanguinez [venit Judas]
nomini suo ꝛ beneficijs sibi exhibitis ingrat⁹. Ju
das enim cõfitens ꝛ glorificans interpretat'. Hic
autem abnegauit deuz: ꝛ ignominiã fecit creato-
ri. Apocal'. ij. Dicunt se iudeos esse ꝛ non sunt: sed
sũt synagoga sathane [vnus ex duodecim] tan
to honore apostolatus dignificat⁹ a christo. j. Re
gum. xv. Cũ esses paruulus in oculis tuis: caput
in tribubus israel factus est [scarioth aũt] dete
git viciũ in corde latens. quia semp̃ memoria mor
tis domini remansit in corde suo. Psalm̃. xxxvij.
Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo. astitit omi
vie non bone: maliciã autem non odiuit.

Et cum eo turba multa cum gla dijs et lignis missi a summis sacer dotibus et scribis et senioribus.

Ecce quibus armis fuit ad proditionẽ armat⁹
Quattuor autem inducit: Multitudinez: Arma
impugnatõnis. Autoritatẽ: ꝛ Consilium sapiẽtie
mũdane [Cum turba eñ multa] armat⁹ fuit
multitudine. Psal. xxxvij. Domine quid multipli

cati sunt qui tribulant me: multi insurgunt adversum me [cum gladijs] Qui incutiunt vulnera [⁊ lignis] que incutiunt liuores. Luce. Vicesimoscdo. Tanq̄ȝ ad latronē existis cum gladijs ⁊ fustibus comprehēdere me [missi a summis sacerdotibus] a quibꝰ habebāt autoritas. Joannis.xviij Judas ergo cum accepisset cohortem: ⁊ a pōtificibus ⁊ phariseis ministros. venit illuc cum laternis ⁊ facibus ⁊ armis. Armis autē defensionis non indiguit. sicut Lorica ⁊ clypeo: quia nemo reluctabāt [et scribis] qui consilium dabant ex sapientia (al's sciētia) litterature [et senioribus] qui loco senatorum consilium dabant de domino interficiendo. Danielis.xiij. Egressa est iniquitas a senioribus iudicibus qui videbantur regere populum. j. Esdre.ix. Manus principum ⁊ magistrantium (al's magistratuū) fuit prima in transgressione hac.

Dederat autem traditor eis signum: dicens. Quēcunqȝ osculatus fuero ipse est tenete eum ⁊ ducite eum caute. Et cū venisset: statim accedēs ad eum ait. Aue rabbi. Et osculatus est eum.

S Secundū est In quo tangitur Traditōnis signum. Causa autem quare signum dedit hec fuit Quia timuit ꝙ Vl' percuteret eos acrisia. ⁊ sic exiret de manibus eorum: sicut fecit Luce.iiij. Jesus autem transiens per medium illoꝝ ibat. Vel ꝙ vultum transfiguraret: vt nō nosceretur. ⁊ sic iterū elaberetur de manibus eoꝝ [Quēcunqȝ osculatus fuero ipse est] quia sciuit ꝙ osculum pacis ille qui venerat pacē facere: nulli negaret [tenete eum] sub signo pacis proditionem perficiens. Mat.vij. Veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autē sunt lupi rapaces [⁊ ducite caute] ne de manibus vestris arte necromantica elabatur. Putabat eum missum ꝙ in principe demonum arte necromantica signa faceret. Et sic aliquando hominibus illuderet. Et hic miser cautela calliditatis aduersum simplicem abutebāt veritatem. Matthe.xij. In beelzebub ṗncipe demoniorum eijcit demonia [Et cū venisset ad eū] prope [statim] impetu furoris exagitatus [accedens ad eum] sicut lupus ad agnum [ait] signum incōueniens hostibus demonstrās [Rabbi] Irridendo vocat eum magistrū: cuius abnegauerat disciplinā Matthe. Vicesimosexto. Aue rabbi. Luc. Vicesimoscdo. Appropinquauit vt oscularetur eum. Chrysostomus. Pape quantā maliciam deliberat anima proditoris: Qualis est ista salutatio iniqua dolosa. ij. Regum.xx. dixit Joab ad Amasam. Salue mi frater. ⁊ tenuit manu dextera mentum eius: ⁊ osculatus est eum. ⁊ sinistra apprehendens pugionem: transfixit eum in latere. ⁊ mortuus est. Prouerbioꝝ.xxvij. Meliora sunt vulnera diligētis: q̄ȝ fraudulenta odientis oscula Et hoc est [osculatus est eum] Per pacis verbum faciens bellum: ⁊ per signum amicicie proditionem perficiens. Et ideo dominus dixit ei Luce. Vicesimosecūdo. Juda osculo tradis filiū hominis. Acsi di. Inconueniens signum proditionis ē osculum.

At illi manus iniecerunt in Jesum: et tenuerunt eum

Hic incipit pars illa Que ē de Captiuitate domini. Hic autem Duo dicūtur. Scilicet. Violētia captiuāciū: ⁊ Destitutio adiuuanciū Dicit igitur [At illi] ministri sacerdotū missi cum Juda [iniecerunt manus] sacrilegas [in eum] omnium saluatorem ⁊ liberatorē. Esai.j. Manus vestre sanguīe plene sunt [ac tenu. eū] captiuū. Hieronymus. Ecce Joseph tentus ⁊ vinctus venditur a fratribus suis. Geñ.xviij.

Vnus autem quidam de circūstantibus educens gladiū percussit seruū summi sacerdotis: ⁊ amputauit illi auriculam.

Tangitur hic Destitutio auxilij: Que tangitur in Tribus. In Repulsa defensionis. In Concordia ꝓphetice enunciatōnis. In Fuga amici descendentis. Dicit igitur [Vidēs autem quidaȝ] scȝ Petrus: qui semper voluit pugnare ⁊ vlcisci ꝓ domino [de circūstantibus] ad defensionem: [educens gladium] materialem: quia duo gladij ibi fuerunt. Luc. Vicesimoscdo. Ecce duo gladij hic [percussit seruū summi sacerdotis] qui forte alijs ministris captiuitatis domini ꝑerat Et vocabatur Malchus. hoc est: rex eoꝝ [et amputauit ei auriculam] quod dispensatiue factum est vt dicit hieronymus. quia predicatio Petri auditum regni dei abscidit a Judeis: qui auditus per auriculam designatur. Esai.vj Aures eiꝰ aggraua: ⁊ oculos eius claude. ne forte videāt oculis ⁊ auribus audiant ⁊ intelligant. Auricula autem dicebatur: que non nisi carnalia in lege audiebat. Psalm̄. Quinquagesimoseptio. Sicut aspidis surde ⁊ obturantis aures suas

Et respondens Jesus ait illis. Tanq̄ȝ ad latronem existis cū gladijs et lignis comprehendere me: Quotidie eram apud vos in templo docēs: et nō me tenuistis. Sȝ vt impleantur scripture. Tunc discipuli eius relinquentes eum: omnes fugerunt. Adolescens autē quidam sequebatur eum amictus syndone super nudo: et tenuerunt euȝ. At ille relicta (al's reiecta) syndone: nudus profugit ab eis.

Tangit hic Consonantiam prophetie ad auxilij destitutionem. Et dicit Duo. Insultationē captiuāciū. ⁊ Prophetie consonantiā. vt sciatur ꝙ

non ex impotentia: sed ex dispensatione dei fuit ꝙ non se defendit Dicit igitur insultans eis [Tanquam ad latronem] armatū ad cōtrapugnanduz [existis] missi a pontificibus [cum gladijs et lignis] que sunt arma impugnatiōis [comprehendere me] qui me non defendi. j. Pet. ij. Cū malediceretur nō maledicebat. cum pateretur: nō cōminabatur. tradebat autem iudicanti se iniuste. Esa. liij. Sicut ouis ad occisionē ducetur: ꝛ sicut agnus corā tondēte se ommutescet [quotidie apud vos eram] scz in exteriorib⁹ actib⁹ [in templo docens] Joānis. xviij. Ego semper docui in synagoga ꝛ in templo quo oīs iudei cōueniūt. et in abscondito locutus sum nihil [et non me tenuistis] quia non venerat hora passionis. ꝛ in h̄ videre potestis: quia nec nunc facere potestis nisi quod deus decreuit fieri. Actuū. iiij. Fecerūt in euz q̄cunqz decreuit man⁹ tua fieri: sz Supple: istō fit [vt impleat̄ scriptura] Et ꝙ dicit̄ [vt] quod videtur esse causale. quia cū Causa sit quaz de ne-
ꝯiūctō cessitate sequit̄ aliud. ꝑpositio hic retinet ꝯsecutionem: ꝛ amittit causalitatē. Hoc em̄ predictum est in scripturis. ꝛ sic impletio consecuta. Luce. xxiiij. Oportet impleri quecūqz scripta sunt in lege ꝛ ꝓphetis ꝛ psalmis de me. Unde Matth. xxvj. dic̄ cōtrapugnanti petro. Calicē quem dedit mihi pater: nō vis vt bibam illuz? Quomodo ergo implebuntur scripture [Tunc discipuli eius] q̄ defensionis auxiliū ferre debuerāt [relicto eo] ex timore [fugerunt] Et sic auxiliantib⁹ est destitut⁹ Job. xix. Dereliquerunt me proximi mei. ꝛ qui nouerunt me quasi alieni recesserūt a me. Hoc enim ꝛ ipse voluit vt infirmi saluarent̄. Quia dixit Joā. xviij. Si me queritis sinite hos abire. vt impleret̄ sermo quē dixit Jesus. qꝛ q̄s dedisti mihi nō perdidi ex eis quenq̄z [Adolescens autē quidaz] quia feruentius [sequebatur eum] Et hic fuit vt q̄dam dicunt Jacobus. quidā autem dicūt ꝙ fuit Joānnes [amictus syndone] linea vestē q̄ innocentiā significat. j. Regum. iij. Samuel ministrabat in tēplo domini: amictus ephot lineo [super nudo] Ita ꝙ nihil super corpus sub syndone habuit. quia forte in horto vbi captus fuit dominus: tunica spoliatus fuit [et illum] etiā qui dominū sequebatur [tenuerūt] captiuū. hoc est tenere ceperūt. Sed hoc videt̄ esse contrariū ei qđ statim dictum fuit: ꝙ discipuli oēs relicto eo fugerunt. Et ad hoc dicenduz est ꝙ omnes quidem se retrorsum a domino retraxerūt. Sed tamen Petrus ꝛ Joannes ꝛ Jacobus qui p̄ ceteris erant familiariores: delonge sequebāt̄ Et sic a posteri⁹ iste tentus fuit [At ille] vt infirm⁹ [relicta syndone] in manibus tenentis se [nudus profugit] ab hostibus. Et hoc significatuz est Gen̄. Tricesimonono. vbi Joseph relicta lacinia i manu tenentis eum femine: fugit vt saluaretur. Canticorum. v. Percusserunt me ꝛ vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum custodes murorum

Et adduxerunt Jesum ad summum sacerdotem. Et cōuenerunt oēs sacerdotes ꝛ scribe ꝛ seniores

Hic incipit pars illa Que est de Examinatione captiui domini. Habet aūt Quattuor particulas In quarū Prima cōtinetur Coram quib⁹ ꝛ A q̄bus examinatio fctā est. In Scđa dicit̄ Qualiter Petr⁹ alonge ex dilectōe tepida dn̄m est ꝯsecutus Ibi [Petrus aūt sequebat̄] In Tertia āt Qualiter dn̄s per inquisitōnē pōtificū est examinatus Ibi [Sūmi ꝟo sacerdotes] In Quarta ꝟo describitur Qualiter dn̄s a petro est negatus. Ibi [Et cū esset Petrus in atrio ꝛc̄.] In Prima Duo dicunt̄. Scz. Coram quo. ꝛ Quib⁹ testibus audientibus examinat⁹ est dominus. Dicit igit̄ [Et] ministri sacerdotū capientes iesum [adduxerūt iesum] captiuū [ad summū sacerdotem] scz Annam: Qui fuit socer Caiphe. Qui duo a Romanis emerāt summū sacerdotiū. qꝛ domus Anne ꝑmo occurrit in via eis Qui duxerūt eū ad Annam primū [et cōuenerūt] mala cōuentione in ꝯsensu malicie. Psal. lxvij. Cōgregatio tauroꝝ in vaccis populoꝝ. Psal. ij. Cōuenerūt in vnum aduersus dn̄m ꝛ aduersus chr̄m eius [omēs sacerdotes] qui ꝑncipes alioꝝ esse videbant̄ [et scribe] in quib⁹ erat sciētia lr̄ature [et seniores] habentes astutiam longe expientie. vt nullus deesset qui in dn̄z nō proferret malicia (al's maliciā) Esai. iij. Lingue coꝝ ꝛ adinuentōes coꝝ cōtra dominū. vt prouocarent oculos maiestatis eius

Petrus autē alonge secutus ē eum vsqz intro in atrium sūmi sacerdotis: et sedebat cū ministris ꝛ calefaciebat se ad ignem

Scđm est: in q̄ Qualit̄ alijs diutius secutus ē Petr⁹ determinat̄. Tangunt̄ aūt Tria. Scz. Petri insecutio. Termin⁹ insecutiōis. ꝛ Petri figuralis ꝛ significatiua dispō Dicit igit̄ [Petrus aūt] pre ceteris ꝑsumēs: nūc [alonge] qꝛ cordis timore iam incepit alienari [secut⁹ est eū] Psal. xxxvij. Qui me nouerūt delonge steterūt: ꝛ vim faciebāt q̄ querebāt aīam meā [secut⁹ tn̄ est] Et h̄ fuit amoris. qꝛ quē dilexerat liberū: etiam captiuuz relinquere nolebat. Phil̄. iij. Sequor si quo modo cōprehēdā: in q̄ ꝛ cōprehēsus sum. In aliq̄ vel in modico voluit ꝟificare qđ dixerat Parat⁹ sum tecū ꝛ in carcerē ꝛ i mortē ire [vsqz in atri. sūmi sacer.] Termin⁹ est insecutōis. qꝛ ibi negauit christū. Et sic chr̄s auxilio ipius est destitut⁹. Atriū āt hoc ꝑ moduz curie dispositū fuit: ꝛ domū summi sacerdotis circūcinxit: In quo Petr⁹ cū ministris remansit: qui dn̄m captiuū adduxerāt. Sz ipe dn̄s iesus a ministris traditus manib⁹ sacerdotū: duct⁹ est in domū in supius cenaculū: in q̄ clausus examinat⁹ fuit. Et ideo dr̄ ꝙ alōge Petr⁹ secut⁹ fuit. Ps̄. xxxvij Qui me nouerūt delōge steterūt: ꝛ vim faciebāt qui querebāt aīam meā. Job. xxxvj. Oēs qui vidēt me intuent̄ ꝓcul [et sedebat] lassus labore ꝛ vigilijs noctis: ꝛ ex tristicia cordis [cū ministris] q̄ captiuū adduxerāt dn̄m: vt societate illorū dissimularet ꝙ discipul⁹ chr̄i nō putaret̄. Jā em

de discipulatu chr̄i cepit verecũdari ⁊ timere. Nõ attendens ad hoc qđ christus dixerat Mar.viij. Qui me cõfessus fuerit ⁊ meos ꝓmones: ego ꝯfitebor eũ corã angel' dei. Mat.x. Nolite timere eos qui occidũt corpus: ⁊ post hoc nõ habẽt amplius quid faciant [et calefaciebat se] destitutus feruore pristine deuotõis. Matth.xxiiij. Quia abundabit iniquitas: refrigescet charitas multoꝝ [ad ignem] in atrio. iuxta quẽ ministri propter frigꝰ noctis se calefaciebãt. Et sicut dicit in aliis Euangelistis: prune erant effuse ⁊ accense in atrio. Que dispositio Petri figuralis fuit. quia iam alguerat (al's refriguit) a deuotiõis ⁊ charitatis feruore: vt dicit beatus Bernardus: magis algens mente q̃ corpore. Ignis autẽ qui in domibus ⁊ atriis summorum pontificũ nunq̃ extinguitur vt dicit Hieronymus: est Ignis ire in christum ⁊ discipulos eius. ⁊ Ignis cupiditatis in acceptiõe munerum ad iusticie subuersionem. ⁊ Ignis carnalis concupiscentie in cõsumptionẽ castitatis. De Primo dicitur ĩ Psal. Quinq̃gesimoseptio. Supercecidit ignis ⁊ nõ viderent solem. hoc est lucem rationis ad recta iudicia. De Secũdo dicitur Job Quintodecimo. Ignis deuorabit tabernaculum eoruꝫ qui libenter munera accipiũt. Michee.vj. Adhuc ignis in domo impij ⁊ thesauri impietatꝫ. Quia cũ etiam a domino nihil aliud accipere possent. ne omnino vacuis manibus dominũ cõdemnarent: vestimenticula sua sibi diuiserũt. De Tertio dicitur Job Tricesimopꝛimo. Ignis est vsq; ad cõsumptionem deuorans: ⁊ om̄ia eradicans genimina. Nec est olla succẽsa a facie ⁊ a facie aquilonis: qui malo igne nunq̃ destituitur Hiere.j. Iste ẽ ignis alienus: quem pessimi sacerdotes offerunt in conspectu domini. Leuitici.x.

Summi vero sacerdotes ⁊ om̄e conciliũ querebant aduersus Jesum testimoniũ: vt eum morti traderent: nec inueniebant

Secunda pars hic incipit de Examinatiõe domini. Habet autẽ Tres paragraphos. In quorum Primo Studium ⁊ Diligẽtia malignitatꝫ describitur accusatorum. In Secũdo ostenditur Inconueniẽtia testimonioꝝ. In Tertio Instantia pontificis ad confessionẽ christi: in qua si preiudicaret cõdemnaretur. In Primo importatur Accusantiuꝫ autoritas. Generalitas. Studium. Malignitas. ⁊ Super om̄ia Uincens veritas.

Dicit igitur [Summi vero sacerdotes] in quibus erat potestatꝫ publice autoritas. Hi sunt sacerdotes de quibus dicitur.ij. Machabeoꝝ.iiij ꝙ sacerdotes non erant occupati circa templum ⁊ altare: sed festinabant participes fieri palestre et prebitionis eius iniuste [et omne concilium] In quo notatur Generalitas. Joannis.xj. Collegerunt pontifices ⁊ pharisei conciliũ. Gen. Quadragesimonono. In concilium eoꝝ nõ veniat aĩa mea: ⁊ in cetu eorum non sit gloria mea. Eccl'iasti. Uicesimopꝛimo. Stupa collecta synagoga peccantium [querebant] Ecce Studium. Hierem.ix. Ut inique agerent laborauerunt [aduersus Jesum] Ecce Malignitas. Psal.ij. Aduersus dominum ⁊ aduersus chr̄m eius [testimonium] quo cõuincerent ad mortis cõdemnationẽ coram pretorio pilati. Exod.xx. Non loqueris ꝯtra proximum tuuꝫ falsum testimoniũ [vt eum morti traderent] qui nec verba promeruit. Sicut Jezabel cõtra Naboth innocentẽ quesiuit falsum testimoniuꝫ.iij. Regum.xxj.⁊.xxij. Sicut iniqui senes contra Susannã tulerunt falsum testimoniũ Daniel'.xiij. Sicut iniqua ⁊ lasciua mulier contra Joseph falsũ dixit testioniũ Gen.xxxix. Mat.xxvj Principes sacerdotũ ⁊ omne conciliũ querebant falsum testimoniũ contra iesum [nec inuenerũt] Ecce Sup oĩa vincẽs ꝟitas. Tã clare eñ erat doctrine ⁊ vite ꝙ etiã a fingentibꝫ nihil poterat ꝯ euꝫ inueniri. Job.vj. Nõ ĩuenietꝫ in lingua mea iniq̃tatẽ: nec ĩ faucibꝫ meis stulticia ꝑsonabit. In apocripho Esdre.viij. Ueritas vincit ⁊ ĩualescit in eternum: ⁊ viuit ⁊ obtinet in secula seculorum.

Multi enim falsum testimoniũ dicebant aduersus eum: ⁊ cõuenientia testimonia non erãt.

Ostẽdit Incõuenientiã testimonioꝝ. Dicit autẽ Duo. Scꝫ. Generalit' incõuenientia. ⁊ Spẽalit' ea que a q̃busdam erãt ꝯficta. Gñal'r loquens dicit [Multi eñ] Eccls.j. Peruersi difficile corrigũt' ⁊ stultoꝝ infinitus est numerꝰ [falsum testi. dicebant] qđ testificari non poterat nisi per falsos testes. Prouer.xix. Testis falsus nõ erit impunitus. ⁊ q̃ loquit' mẽdaciũ ꝑibit [aduersus eum] chr̄m ꝟitatẽ. Jo.xiiij. Ego sum via ⁊ veritas ⁊ vita [et cõuenientia testimonia] ꝯ ipam ꝟitateꝫ dicta [nõ erant] Testes enim: rogati: iurati: volentes: ⁊ scientes: deponere debent. Isti autem ingesserũt se: nullo rogãte nec iurati fuerunt: nec volentes. sed coacti ⁊ inducti. nec sciuerũt qđ dixerũt: quia Falsum nescitur. Esai.lvij. Sup quẽ dilatastis os ⁊ eiecistis linguã. Nunquid non vos filij scelesti: semen mendax [et cõueniẽtia testi. nõ erant] Hieronymus ĩ glo. Quia quod variatur incertum est. ⁊ qđ variũ est verũ esse non põt. Ps̃. lxxvij. In corde ⁊ corde locuti sunt.

Et quidam surgentes falsuꝫ testimonium ferebant aduersus euꝫ dicentes. Quoniam nos audiuimus eum dicentẽ. Ego dissoluam templuꝫ hoc manufactũ: ⁊ post triduum aliud nõ manufactũ edificabo. Et nõ erat conueniẽs testimonium illorum.

[Et quidam surgẽtes] Hi Specialr' ꝑ aliis fingere ⁊ mentiri cõsueuerunt. Dicunt' autem hic Quattuor. Excipiuntur enim isti in malicia. ⁊ De falsitate ⁊ mẽdacio cõmendant' inter suos. ⁊ Modus assertiõis eorũ inducit'. ⁊ Testimoniũ. qđ dixerunt incõueniens in mediũ ꝑducit' Dicit ergo

[Et quidā] specialis malicie surgētes: quos furor ad surgendū incitauit. ita ꝙ sedendo dicere nō poterant. [falsum testimoniū ferebant] qđ iudicio etiam inimicorum falsum fuit. Esai. Uicesimooctauo. Posuimꝰ mēdaciū spem nr̃am: ⁊ mēdacio protecti sumꝰ [aduersus eum] q̇ simplex veritas fuit. Rho. iij. Est autē deus verax: omis autē homo mēdax [dicētes quoniā nos audiuimus] Ecce Modus assertiōis [eū dicentē] In ꝯtrariū dicūt samaritani Joānis. iiij. Ipi enim cognouimꝰ ⁊ scimus: qꝛ hic est vere saluator mūdi [Ego dissoluā] Joan. ij. [templū hoc manufactū] Hoc addiderūt: et alia mutauerunt. Dixit eni dñs. Soluite templū hoc [et post triduū reedificabo aliud] Licȝ mentiti sint: quia nō dixit de alio: sed de eodem [nō manufactū] hoc addiderunt [reedificabo] Ad idē etiā intellectū nō retulerūt: quia dicit Joan. ij. ꝙ hoc dicebat de tēplo corꝑis sui. ⁊ ipi intellexerūt ꝙ de templo materiali loqueret. De quo dixit Mat. xxiiij. Non relinquet lapis suꝑ lapidē qui nō destruat. Et ideo sequit [Et nō erat cōueniēs testimonium eorū] Hiere. v. Prophete ꝓphetabant mēdacium. ⁊ sacerdotes applaudebāt manibꝰ suis. et populꝰ meꝰ dilexit talia. Sap. x. Mendaces ostēdit qui maculauerunt illum.

Et exurgens summꝰ sacerdos ī mediū: interrogauit Jesum dicēs Nō r̄ndes quicꝙ̄ ad ea que tibi obijciuntur ab his? Ille aūt tacebat et nihil respondit.

V Tangit hic Qualiter summꝰ sacerdos videns ꝙ ꝑ testimonia corā iudicio gentiliū conuinci nō posset: institit vt eliceret ex ꝓpria confessione vnde dominus cōdemnaret. Tangunt autē Tria. Scȝ Ad aliquid contra se dicendū ꝓuocatio. Ueritatis cōfessio. ⁊ Indignatōis contra veritatē concitatio In Primo duo sunt ꝓuocantia. Scȝ Multitudo obiectorū. ⁊ interrogatio summi pontificis. Dicit igit. [Et exurgens] impatientia exagitatꝰ [summus sacerdos] cui p̄ ceteris cura erat ne amitteret locū et gentē [in mediū] hoc est in commune: vt omībꝰ manifestū fieret [interrogauit iesum dicens] vt ad aliquid dicendū quod capi posset ꝓuocaret. Esa. iij. Lingue eorū ⁊ adinuētiones eorū contra dominū: vt ꝓuocarent oculos maiestatis eius [Non] hoc est: nonne [respondes q̇cꝙ̄] Uidebat eni illi ꝙ nihil r̄nderet nisi ꝯ se aliqđ diceret [ad ea q̄ tibi ab his obijciūt.] Dedit ei nob formā: vt corā iudice corā q̄ ꝑualet iniqtas nihil r̄ndeamꝰ. ps. xxxvij. Factꝰ sū tanꝙ̄ hō nō audiens: ⁊ nō habēs ī ore suo redargutōes Et h̄ est qđ seqt [Ille aūt] dñs iesus [tacebat] Eze. iij. Eris tacens nec quasi vir obiurgās: qꝛ domus exasperās est [et nihil respondit]

Bursū sūmꝰ sacerdos iterrogabat eum ⁊ dixit ei. Tu es christus filius dei benedicti?

Scđa ꝓuocatio est Que sicut dicit Luc. xxij. cū adiuratione fuit [summus sacerdos interrogabat euȝ] Ecci. xiij. Ex multa loquela tentabit te. ⁊ subridens interrogabit te de absconditis tuis Taciturnitas aūt chr̄i nō fuit ex hoc ꝙ veritatem ꝯfiteri non auderet. sed vt ex humilitate locum iniquitatis ire daret Rhom. xij. Nō vosmetipos defendentes charissimi. sed date locum ire Tacuit etiam ne ad deteriora ꝓuocaret quia sicut canis ꝓuocatur verbo: ita illi faciebant Esa. lvj. Canes impudentissimi nescientes saturitatē. Tacuit quia tales indignos sua responsione iudicabat Prouer. xxvj. Ne r̄ndeas stulto iuxta stulticiam suam ne sibi silis efficiaris [⁊ dixit ei] dño summus sacerdos [Tu es] hoc est. Tu ne es [christus] messias [filius] naturalis ⁊ nō adoptiōis [dei benedicti?] a quo descēdit omnis benedictio Spūalis ⁊ Temporalis Matth. xxvj. Adiuro te per deum viuum vt dicas nobis si tu es christus filius dei Luce. xxij. Si tu es christus dic nobis Joan. vij. Si tu es christus dic nobis palam. Et ꝑmiserunt Quousꝙ animas nostras tollis?

Jesus aūt dixit illi: Ego sum: ⁊ videbitis filiū hōis a dextris sedentem virtutis dei: ⁊ venientē cum nubibus celi.

Hic ponitur Confessio veritat. Et tanguntur Duo. Scȝ Ueritatis confessio. ⁊ Maiestatis professio ⁊ cōminatio. Dicit igit [Ego sum] Matthei. xxvj. Tu dixisti Quod sicut dicit Hiero: idem est. Et est sensus. Ego suȝ filius đi bn̄dicti: sicut tu dixisti Joan. xviij. Ego in hoc natus sum. ⁊ ad hoc veni in mundum vt testimonium ꝑhibeam veritati [⁊ videbitis] Professio est maiestatis [videbitis] oculis corꝑeis [filium hominis] in forma humanitatis in iudicio [a dextris] hoc est. in equalitate patris sedentem vt iudicem [virtutis] hoc est maiestatis [dei] patris Joan. v. Omē iudicium dedit filio vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem Apocalyp. j. Uidebit eum omnis oculus. et qui eum pupugerunt Joā. xix. Uidebunt in quem transfixerunt [et venientem] ad iudicium [cum nubibus] Nubes autem illa densatum ⁊ ꝯculcatum lumen est resplendens a corꝑe christi et corporibus sanctoꝝ Dañ. vij. In nubibus celi quasi filius hominis veniebat. et vsꝙ ad antiquum dierum peruenit. et in cōspectu eius obtulerunt eum. et dedit ei potestatem et honorem et regnum Apocalyp. j. Ecce venit cū nubibus. et videbit eum omnis oculus. et qui euȝ pupugerunt Actuū. j. Sic veniet quēadmodū vidistis eum euntē in celū. X

Summus aūt sacerdos scindens vestimēta sua ait. Quid adhuc desideramꝰ testes? Audistis blasphemiā: quid vobis videt? Qui omes ꝯdemnauerūt eū esse reū mortis.

Capitulum.xv.

Hic tangitur Indignatio cōtra veritatis ꝯfes-
sionē. Amos.v. Odio habuerūt corripientē ī por-
ta. et loquentem ꝑfecte abominati sunt. Dicūtur
autem hic Duo. Scꝫ. Condemnatio ad mortem.
ꝛ Illusio propter hoc ꝙ dixit veritatē. In Priori
horum Quattuor dicuntur. Signum indignati
onis. Conclamatio conuictiōis. Inquisitio cōsen-
sus. et Condemnatio cōis ad mortis reatū. Dicit
igitur [Summus autē sacerdos] qui pre ce
teris instabat ad christi mortē [scindens vesti-
menta] quasi ex indignatione auditus blasphe
mie. Actuū.vij. His auditis continuerunt aures
ꝛ impetū fecerunt vnanimiter in eum. Mos eni
fuit antiquorum scindere vesteꝫ: quando aliquid
molestum: maxime contra deum audiebatur. Un
de Paulus et Barnabas cum Lycaonie pro dijs
venerarentur: sciderunt vestimenta sua. Actuuꝫ
xiiij. Hec autē vestis scissura: diuisionem potesta-
tis sacerdotij iudaici significabat: sicut.j. Regum
xv. cum scinderetᷣ vestis Samuelis: dixit samuel
Scidit a te dn̄s regnum tuū. Milites autē genti
les Joānis.xix. nō sciderūt tunicā domini. qꝛ po-
testas eccl'iastica in eternū integra remanebit. Et
ait [Quid] hoc est: ad qd [adhuc desideramꝰ
testes] qui deponāt ꝯtra chr̄m [audistis blas-
phemiā] quā ip̄e ꝯtra se sibi p̄iudicās in iudicio
ꝓtulit. Matth.xxvj. Blasphemauit: qd adhuc e-
gemus testibus. Ecce nunc audistis blasphemiaꝫ.
[Quid vobis] nunc ſm legem de hoc [videtᷣ]
Querit sententiā ab his qui se vltro obtulerūt ad
falsum testimoniū dicēdo cōtra veritatis confesso
rē [Qui oēs] sitiētes sanguinē ipiꝰ [cōdemna-
uerūt eū] ꝑ legem male intellectā [esse reū mor
tis] Leuitᷣ.xxiiij. Qui blasphemauerit nomē dn̄i
morte moriatᷣ. Sed hec senētia cōtra eos est. q̄ni
am ipi blasphemātes hoc qd̄ erat virtutꝭ dei: beel
zebub attribuerūt. ꝛ ideo ī sp̄m sanctū blasphema
uerūt. ꝛ ideo irremissibile est peccatū eoꝝ. Mat.
xij. Luce.xj. Sp̄us blasphemie nō remittetᷣ neqꝫ ī
hoc seculo neqꝫ in futuro.

Et ceperūt quidā conspuere eū ꝛ velare faciē eius: et colaphis eū cedere: et dicere ei: Prophetiza. Et mīstri alapis eum cedebant.

Secundū est de Illusione chr̄i quam sibi intu-
lerūt ꝓpter auditā blasphemiā. Dicuntᷣ aūt h̄ Qui
qꝫ Que patēt ī lr̄a. [Et ceperūt quidā] excepte
malicie [conspuere eū] tāqꝫ immundū. Esaie.l.
Faciē meā nō auerti ab increpātibꝰ ꝛ cōspuentibꝰ
in me. Job.xxx. Faciē meā ꝯspuere nō verentᷣ. Hie
ro. Cōspui voluit dn̄s vt nos lauaret. [et velare
faciē eius] Hiero. Uelari voluit vt nos ab ope-
rimēto culpe reuelaret. Nō aūt erat velāda facies
speciosi p̄ filijs hoim: ī quē desiderāt angeli ꝓspice
re. quia aspectu erat desiderabilis. Significauerūt
autē in hoc ꝙ velamen erat positū super cor eorū.
per quod in faciem chr̄i nudam videre nō potue-
runt.ij. Corin.iij. Usqꝫ in hodiernū diem cum legi
tur moyses velamen est positum super cor eorum.
Et hoc est Secundū. [et colaphis eum cede-
re] Et hoc est Tertiū. Esa.l. Corpus meū dedi ꝑ-
cutientibus: ꝛ genas meas vellentibus. Hierony
mus. Colaphis ceditur: vt caput nostrum: Hoc
adam sanaret [et dicere ei: prophetiza] Hoc ē
Quartū Improperiū verborū. Matth.xxvj. Dic
nobis christe quis est qui te ꝑcussit. Et hoc irridē
do fecerūt. Hieronymꝰ. quia a populis vt prophe
ta venerabatur [Et ministri] Quintū est. Mi-
nistri autē famuli fuerūt pontificum: ꝛ illi alapis
eum cedebant. Job.xvj. Exprobrātes percusserūt
maxillam meam. Esa. Quinquagesimo. ſm Lxx.
Dorsum meuꝫ dedi ad verbera: ꝛ maxillas meas
ad alapas Michee.v. Percutient maxillam iudi
cis israel. Threnorū.iij. Dabit percutienti se maxil
lam: saturabitur opprobrijs

Et cum esset Petrus ī atrio deorsum: venit vna ex ancillis sūmi sacerdotis. ꝛ cum vidisset petrum calefacientē se: aspiciens illuꝫ ait: Et tu cuꝫ Jesu nazareno eras? At ille negauit dicēs. Neqꝫ scio neqꝫ noui quid dicas Et exijt foras ante atrium: ꝛ gallus cantauit. Rursus autē cū vidisset illū ancilla: cepit dicere circūstantibus: quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillū rursus qui astabāt dicebant Petro. Uere ex illis es: nam ꝛ galileus es? Ille autē cepit anathematizare ꝛ iurare qꝛ nescio hoieꝫ istū quē dicitis. Et stati iterum gallus cantauit. Et recordatus est petrus verbi qd̄ dixerat ei Jesus: prius q̄ gallus cantet bis: ter me negabis. Et cepit flere

Hic tangūtᷣ Tria. Petri negatio: per qd̄ (al's x
per quam) christus omniū amicorum auxilio de-
stituitur. Eccl'iastici Quiquagesimo p̄mo. Respi-
ciens eram ad auxilium hominū: ꝛ non erat. Tan
gitᷣ autē hic Trina Petri Negatio. Et ideo habet
P̄ria ꝑs partes Tres: post q̄s sequitᷣ Reuersio
Petri ad cor ex misc̄dia dn̄i. Attendendū aūt hic
videtᷣ ꝙ tres negationes facte sint in atrio Anne. ꝛ
nulla in atrio Caiphe. Et h̄ dicūt oēs Scti pretᷣ
Augustinū: Qui dicit vnā factā in domo Anne. ꝛ
duas in domo Caiphe. Dicit igitᷣ [Et cū esset
Petrus in atrio deorsum] Quia sicut āte di-
ximus: chr̄s erat in domo supius: vbi examinaba
tur: ad quē locū petrus nō intrabat [venit vna]
excepte industrie [ex ancillis summi sacerdo
tis] que vilia officia habebat ī curia. ꝛ fuit hostia-
ria [Et cum vidisset Petruꝫ] diligēter intui-
ta [calefacientē se] cū ministrꝭ [aspiciens eū]

discrete z ꝯsiderans [ait] dinoscens eum [Et tu cum Jesu nazareno eras] Prouer. xxx. Perodiosã mlierē mouet̃ tra. prouer. vij. Mlier vaga et garrula quietis impatiens. Tñ Chrysostom⁹ videt̃ velle: ꝙ cõpatiens dixit [At ille] petr⁹ erit⁹ ad vocē mlẽris [negauit eũ] chr̃z dicẽs [Nescio hominē] quez dicis [neqꝫ noui quid dicas] hoc est. Neqꝫ conuersationē eius scio: neqꝫ personam noui. Matthei. xxvj. Negauit coram omnibus dicens: nescio quid dicis [z exiuit foras] timore perterrit⁹ [ante atrium.] Esa. vij. Emotum est cor eius: z cor populi eius: sicut mouentur ligna siluarum añ faciem venti [et] stati [gallus cantauit] hoc est: primam vocem gallicinio dedit. Et hoc solus dicit Marcus. Job. xxxviij. Quis dedit gallo intelligentiã: qui sic monuit petrũ [Rursus autē] Secunda negatio est [cũ vidisset eum] diligenti intuitu: alia [ancilla] que (al's quia) plures erant in atrio et in obsequio sacerdotis [cepit dicere circũstantibus] ministris [quia hic ex illis est] qui cum Jesu nazareno fuerunt. Luce. xxij. Quem cum vidisset ancilla quedam ad lumen. z eum fuisset intuita dixit. Et hic cum illo erat [At ille] petrus [iterum negauit.] Luce. xxij. At ille negauit eum dicens. Mulier nõ noui hominem. [Et post pusillũ] hore [rursus] in tertia negatõne [qui astabãt] concitati ab ancillis [dicebant petro] Luc. xxij. Et interuallo facto quasi hore vnius: alius q̃daz affirmabat dicens. Et hic cum illo erat. nam z galileus est. Et hoc est [Vere ex illis es. nam et galileus es] quia multi galileoꝝ tunc credebãt in christũ [Ille autem] Petrus tunc tertio [cepit anathematizare] per iuramenta execrationis [z iurare] ꝑ deũ [quia nescio hominez] istum. Non nomiat eum: vt magis sibi videatur ignotus [quem dicitis] Sic in malũ paulatim profecit. Primo enim dixit se christum non noscere. Secundo negauit eũ. z Tertio abiurat. ij. Timoth. iij. Mali homines ꝓficiunt in peius. Gregori⁹. Quod ꝑ penitentiã citi⁹ nõ deletur: suo põdere ad aliõ trahit [Et statim iterum] post tertiam negationē [gallus cantauit] ad verificationem verborum christi. Duplex autē gallicantus ab alijs euangelistis nõ scribitur. Et ideo Marc⁹ in hoc loco perfecte scribit rei geste veritatem. Hec autem Petri negatio docet nos quod dicit Apostolus. ij. Corin. j. vt non simus confidentes in nobis: sed in deo qui suscitat mortuos. Rhomañ. xj. Noli altum sapere sed time. Si enim ipe quē deus principem constituit z ecclesie fundamentum: sic ad vocem ancille negauit: quid tu factur⁹ eris si te similis inueniat tentatio? Luce. xxiij. Si in viridi hoc faciunt: in arido quid fiet? Negatio autez trina Petri est ꝙ Negat noticiam. Abnegat christum z discipulatũ. z Eternam per iuramentum abnegat veritatem. Minus enim nosse est: q̃ discipulum esse. z minus est esse discipulum: q̃ eterne veritati immobiliter esse coniunctum. z ideo priuatio noticie facit ignorantiaz. j. Corinth. xv. Euigilate iusti: ignorantiam enĩ quidam dei habẽt vsq̃ adhuc. Abnegatio autē christi est abnegatio discipulatus: et hoc facit erroneum. Joã. ix. Tu discipulus eius sis: nos autem moysi discipuli sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus: hunc autem nescimus vnde sit. Abnegatio autez eterne veritatis facit esse filiũ diaboli Joã. viij. Vos ex patre diabolo estis. z opera illius vultis ꝑficere Iste homicida erat ab initio. z in veritate nõ stetit quia mendax est z pater eius. Et sic Petrus paulatim ꝓficit ad impietatem ij. Tim. ij. Multuz proficiunt ad impietatem. z sermo eoruz vt cancer serpit [Et recordatus est Petrus] quia tunc tẽpus fuit de misericordia Petrum respicere. z ideo Matth. xxvj. dicitur ꝙ ꝯuersus dñs respexit Petrum respectu sue misericordie Eccl. xxxvj. Miserere nostri deus omniũ. z respice nos. z ostende nobis lucem miserationum tuaꝝ. Et ad respectũ diuine mi̇ficordie [recordatus est petrus] Hec eñ recordatio veritat̃ significat̃ Job. j. Euasi ego solus vt nunciarē tibi [verbi qd̃ dixerat ei Jesus] futurorum prescius. Deus qui in malis sic prescit: ꝓdicit: Ut non causet maluz quod scit. sed admonitio est ad cauendum Sap. xij. Ammones vt relicta malicia credant in te dñe [priusq̃ gallus cantet bis] Hoc eñ verbum fuit ad refrenandam presumptionem Petri [ter me negabis] Dañ. ix. Et non erit eius populus qui eum negatur⁹ est [z ce. flere] vt flẽdo dilueret mac̃las q̃s negando ꝯxit Ps̃. vj. Lachrymis meis stratũ meum rigabo Lu. xxij. Egressus foras fleuit amare. Ut Amaritudo referatur ad cordis compunctionem. Fletus autem ad commissi delicti verecundam recognitionem. z Egressus ad operis mali z praue societatis derelictionem Hiere. vj. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Hec autem omnia moraliter exponi possunt. Sed mihi videt̃ ꝙ a littera pietatem (al's ꝙ animuz a pietate) fidei abstrahere non sit vtile. z ideo tales preterimus expositiones

Capitulum. XV.

Et cõfestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus et scribis et vniuerso concilio vincientes Jesum duxerunt et tradiderunt Pilato.

Hic incipit agere Marcus de passione domini que vere passio vocatur: que consistit in vulneribus z doloribus mortis. Diuiditur autem in Tres partes. In Quarũ Prima ponũtur ea que faciunt ad condemnationez ipsius. In Secunda describuntur ea que circũstant crucifixionem. Ibi [Et postq̃ illuserunt ei exuerunt eum purpura] In Tertia autē ponuntur ea que circũstant officiũ sepulture Ibi [Erãt aũt mlieres de lõge aspiciẽtes &c.] In Pria Tria dicũt̃. Scꝫ Chr̃i ad iudiciũ ꝑs A

lati a Judeis presentatio. Cause pro qua presen/
tabatur discussio Ibi[Et interrogauit eū pilat⁹]
Tertio Domini ad crucifigendum cōdemnatio.
Ibi[Pilatus autē volens satisfacere populo ꝛc.
In Primo horum Quinqꝫ dicuntur. Scꝫ Jude
orum ad crucifigenduꝫ christū auiditas. Concor
danciū in condemnationē suam generalitas. Cru/
delitatis eorum malignitas ī modo ꝯtrahēdi chri
stum. Penarum ipsius societas. ꝛ Ad condēnan/
dum eum a gentibꝫ iudeorū obstinata impietas.
Dicit ergo[Et confestim] Omnis enim mora
prolixa eis videbat̃. Prouerb.j. Pedes eoruꝫ ad
malum currunt. hoc est: affectus. ꝛ festinant vt ef/
fundant innoxiuꝫ sanguinē. Psal.xiij. Ueloces pe
des eorum ad effundendū sanguinē. Contritio et ī
felicitas in vijs eorum. ꝛ viā pacꝫ nō cognouerūt.
nō est timor dī an̄ ocl'os eorū[mane facto] Job
xxiiij. Mane p̄io ꝯsurgit homicida: et interficit
egenum et pauperē. Uide q̄ꝫ sunt solliciti in malo.
tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium.
[conciliū facientes] vt nullus a reatu sangui/
nis esset alienus. Genes.xlix. Uasa iniquitatis bel
lantia: in conciliuꝫ eorum non veniat anima mea.
ꝛ in cetu eorum nō sit gloria mea. Esaie.j. Iniqui
sunt cetus vestri[summi sacerdotes] tanq̄ꝫ il
lius mali auctores. Hiere.xxiij. A prophetis hie/
rusalē egressa est pollutio super terram[cum se/
nioribus] etate et malicia pariter p̄uectis. Dan.
xiij. Egressa est iniquitas a senioribus iudicibus:
qui videbant̃ regere populū. Esaie.lxv. Peccator
centū annorū maledictus erit[et scribis] ne lit/
teratura tanto facinori deesse per concilium vide/
retur. Hiere.iiij. Sapientes sunt vt faciant malū:
bene āt facere nescierunt. Esa.v. Ue qui sapientes
estis in oculis vestris. ꝛ coram vobismetipis pru/
dentes.[et vniuerso concilio] vt omnes īuol/
uerentur. Hierem.xxij. Factus est cursus eorum
malus: ꝛ fortitudo eorum dissimilis.[Et vin/
cientes eum] Ecce Crudelitatis eorū maligni/
tas. Uinciunt enī eum qui omnes a vinculis pec/
catorū absoluit. Psal.cxlv. Dominus soluit com
peditos: dn̄s ꝛc. Psal.cxv. Dirupisti vincula mea
tibi sacrificabo hostiam laudis. Hunc crudeliter
vinciunt: quia consuetudo eorū fuit: nullū ad con
demnandū p̄sentare potestati publice nisi vinctū.
Ecclesiastici.vj. Erunt tibi compedes eius in pro
batōem fortitudinis. et bases virtutis: et torques
illius in stolam glorie. Decor enim vite est in illa.
ꝛ vincula illius alligatura salutaris. Et ideo etiā
vinciri voluit. Unde in Prosa dicitur. Teqꝫ vin/
ciri voluisti. et nos inferni mortis vinculis eripui
sti[duxerunt] hoc est: vinctum traxerunt. Et in
hoc tractu notatur Qualiter penis eius sunt sa/
turati. Job.xvj. Saturati sunt penis meis. Thre
norum vlti. Ceruicibꝫ minabamur: lassis nō da/
batur requies[et tradiderūt pilato] In quo
notatur obstinata iudeorum impietas. Sapiētie
xij. Semen erat maledictum ab initio. ꝛ natural̃
malicia eorum immutari non poterat.

Et interrogauit eum Pilat⁹: Tu es rex iudeoruꝫ? At ille respōdēs ait illi. Tu dicis. Et accusabāt eū summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum interrogauit eum: dicens. Non respōdes quicq̄. Uide in quātis te accusent. Jesus autem amplius nihil respōdit ita vt miraretur pilatus.

Hic ponitur Cause pro qua presentabatur ca/ B
ptiuus dominus discussio. Dicuntur autem hic
Quattuor. In quorū Primo Accusatōis que p̄n
cipalior: inquisitio. In Secundo Ad multitudi/
nem friuolarum accusationum: domini patiens ꝛ
taciturna dissimulatio In Tertio A Pilato que/
sita domini liberatio. In Quarto Innocentie do/
mini ostensio. Dicit igitur[Et interrogauit
eum Pilatus] Quia a Judeis non probabat̃.
propter hoc a domino querebatur[Tu es] hoc ē
si tu es[rex iudeorum] Accusauerūt eniꝫ sacer/
dotes Jesum in Tribus principaliter. Scilicet.
Quod gentem subuerteret. Quod tributa dari prohibe/
ret. ꝛ Quod se regem faceret. Luc. Uicesimosecundo.
Hunc inuenim⁹ subuertentē gentem nostram. et
prohibentem tributa dari cesari. ꝛ dicentē se chri/
stum regeꝫ esse. Sed de Primo tanq̄ꝫ superstitio/
so Pilatus nō curauit. De Secūdo audiuerat q̄
dixerat. Reddite que sunt cesaris cesari. Matthe.
Uicesimoscd̄o. Et ideo querit de Tertio. quia tūc
non licuit alicui se regem facere nisi per Rhoma/
norum autoritatē. Joan. Decimooctauo. Si hūc
dimittis non es amicus cesaris. Om̄is enim qui
se regem facit contradicit cesari[At ille] vt cōfes/
sor veritatꝫ[ait illi] pilato[Tu dicis] id: Sup
ple quod sum. Tamen sicut additur Joan. Deci/
mooctauo. Regnum meū non est de hoc mundo.
Si de hoc mundo esset regnum meū: ministri mei
vtiqꝫ decertarent vt non traderer tibi. Et ideo eti/
am huic accusationi Pilatus nō multum insiste/
bat. quia Nec exercitum videbat. Nec pecunias.
Nec tumultū concitauit contra potestatem Rho
manorum. Et ideo cito destitit etiam ab hac accu/
satione. Precipue quia audierat id quod dicitur
Joannis.vj. q̄ cum venirēt ꝛ caperent eum in re/
gem: fugit ꝛ abscondit se in monte[Et accusa/
bant eum summi sacerdotes] qui pre ceteris
instabant ad mortem eius. Luc. Uicesimosecūdo
Stabant autem ꝛ pontifices constanter accusan
tes eum[in multis] que tamen rationeꝫ non ha/
bebāt. quia nulla fuerūt. Psal. Centesimooctauo.
Os peccatoris ꝛ dolosi super me apertum est. Lo
cuti sunt aduersum me lingua dolosa: ꝛ sermoni/
bus odij circundederunt me: ꝛ expugnauerunt
me gratis[Pilatus autem] volens inuestiga/
re causam[interrogauit eum] iesum[dicēs]
Job Uicesimonono. Causam quam nesciebam
diligentissime inuestigabam[Non respondes
quicq̄ꝫ] Acsi dicat. Respōdendo te statim defen/
deres. Quia licet multa sint: tamen friuola sunt
que tibi obijciuntur. Matth. Uicesimoseptimo.
Nihil rn̄des ad ea q̄ isti aduersum te testificantur

Et hoc est quod sequitur. [Vides in quantis
te accusant.] Acsi dicat. Nulla sunt que dicūt:
simplici responsione excludes eos. Unde Glo. Et
inuitus condemnat Jesum: causam referens ī po
pulum Judeorum. [Jesus autem nihil am-
plius respondit] Glosa. Ne crimen diluens: a
preside dimitteretur. ⁊ sic crucis vtilitas differre
tur. Esaie. liij. Sicut agnus coram tondente se: sic
sine voce ē. [Ita vt miraretur Pilatus] Cau
sa ammiratōnis fuit innocentia domini: qui vno
verbo poterat omnes exufflare accusatiōes: ⁊ non
fecit: Quam tamen innocentiā Judei non conside
rauerunt. Esaie. lvij. Non cōsiderasti in corde tuo
dicens: quia ego tacens et quasi nō videns. Psal.
xxxviij. Posui ori meo custodiam: cum cōsisteret
peccator aduersum me ommutui et silui a bonis
Dedit enim nobis exemplū: Ut coraz iudice corā
quo preualet iniquitas nihil respondeamus.

**Per diem autē festū solebat di
mittere illis vnum ex vinctis quē
cunqz petissent**

Hic incipit Pilatus querere occasionē liberati
onis. quia vidit esse innocentem. Dicuntur autez
hic Quinqz. Scz. Bone consuetudinis obserua-
tio. Dimissionis innocentis domini ad dimissio-
nē seditiosi collatio. Populorūz a pontificibꝰ ad
dimittendum latronē concitatio. Pilati de causa
condemnatōnis domini inquisitio. ⁊ Populi ad
crucifigendum dominum conclamatio. Et hec pla
na sunt in littera. Dicit igitur [Per diem au
tem festum] pasche: quod precipuum erat a-
pud iudeos [dimittere solebat] Pilatus [v-
num ex vinctis] sine discretione meritorū [quē
cunqz petissent] in memoriā eius qꝫ tunc om̄s
ab egyptiaca seruitute fuerunt liberati. Esaie. lviij.
Dissolue colligationes impietatis: et omne onus
dirumpe. dimitte eos qui confracti sunt liberos.
Psal. cvj. Contriuit portas ereas et vectes ferre-
os confregit: suscepit eos de via iniquitatis eoruz
Esaie. xlv. Portas ereas conterā: ⁊ vectes ferreos
confringam. In memoriā ergo huius consuetu-
do hec inualuit.

**Erat autem qui dicebatur Barra
bas: qui cū seditiosis erat vinctꝰ:
qui in seditōne fecerat homicidiū
Et cum ascendisset turba: cepit ro
gare sicut semp faciebat illis.**

Hic ponitur domini ad latronem collatio. Di-
cuntur autem hic Tria. Malicie latronis exagge
ratio. Populi ſm consuetam obseruationē instās
peticio. Liberationis domini ad liberationē latro
nis collatio Dicit igit̄ [Per diem autem fe-
stū] vel [solennem] quia duplex est ibi littera: p
pter facti eternam memoriā. Exodi. xij. Legitimū
sempiternum erit vobis in cunctis generationibꝰ
vestris [dimittere] pilatus [solebat vnuz ex
vinctis] publicis [quēcunqz petissent] sine
discretione meritorum: quod tamen malum fuit
quia innocens magis debuit q̄ȝ nocens liberari
Dañ. xiij. Innocentē ⁊ iustū ne interficias [Erat
autem] Ecce Scelerū in latrone vincto exaggera
tio. ⁊ hoc est [Erat autem qui dicebat̄ barra
bas] Binomius erat ꝓpter scelera. Dicebatur em̄
barrabas p duo r. i. filius magistri: eo qꝫ erat imi-
tator magistri omniū latronum. Dicebatur ⁊ bara
bas per vnam r. quia filius patris latronum erat.
Et h̄ nomen antonomasice sortitus fuerat Mat.
xxvij. Propter homicidium ⁊ seditionem quaz fe-
cerat in ciuitate missus fuerat in carcerem. Et hoc
est [qui cum seditiosis] quia inter ciues discor
dias suscitabat [vinctus erat] ne pacē semp vni
tatem violaret [qui in seditione fecerat ho-
micidium] ⁊ sic ciuem ciuitatis occiderat. vnde
merito tota debuit cōmoueri ciuitas Nos enim ⁊
tales etiam gentilis rex Asuerus sine misericordia
precepit trucidari Hester. xiiij. Ut nefarij homies
ad inferos descendentes reddant imperio nostro
pacem quam turbauerant. Iste ergo ſm leges gē-
tium nullo modo putabatur esse liberandus. ma
xime cum dicatur Exod. xxij. Maleficos non pati
eris viuere [Et cum ascendisset turba] ad di-
em festum. Et est petitio Ut teneatur ab antiquo
obseruata consuetudo [cepit rogare] pilatum
qꝫ faceret [sicut sp faciebat] hoc est: sicut sp con-
suetus fuerat facere [illis] in dimittendo vnum
vinctum. Consuetudo em̄ honesta vim tenet iuris
⁊ legum: que est ex prescriptione temporis obser-
uata Hiere. vj. Interrogate de semitis antiquis
que sit via bona ⁊ ambulate in ea.

**Pilatus autem respōdit eis et di
xit Vultis dimittam vobis regez
iudeorum? Sciebat em̄ qꝫ per inui
diam tradidissent euz summi sacer
dotes. Pontifices autem concita
uerunt turbam: vt magis barrabā
dimitteret eis.**

Hic fit a Pilato Dimissiōis domini ad dimissi
onem seditiosi latronis collatio [Vultis dimit
tam vobis] hoc est: ad honorez festi [regem iu
deorum] hoc est: quem in nullo accusatis nisi qꝫ
sit rex iudeorum. Quod tamen fatuum est. qꝛ nul
lus apparatus regius apparet in ipo. Et sic dicitur
Joan. xix. Dixerunt Regem non habemus nisi ce
sarem [Sciebat em̄ pi. qꝫ per inuidiā] quia
in potestate docebat ⁊ faciebat miracula. ⁊ euacua
bat traditiones eoruz [tradidissent eum] Hec
est fera pessima que filiuz magne patriarche deuo
rauit Genes. xxxvij. Fera pessima deuorauit filiuz
meum Joseph Sap. ij. Inuidia diaboli mors in-
trauit in orbem terrarum. imitantur autem illum
qui sunt ex parte illius [Summi autem sacer
dotes] qui circa sacrificia templi officia habebāt
[⁊ pontifices] Annas ⁊ Caiphas apd̄ quos sū
ma negociorum agebatur [concitauerūt tur-
bam] Persuasionibus et Minis et Promis-
sis [vt magis Barrabam] homicidam se-

ditiosum ⁊ latronē dimitteret eis ad solennitatis honorē. Hiere.ij. Duo mala fecit populus meꝰ: me dereliquerunt fontē aque viue. ⁊ fecerunt sibi cisternas dissipatas: cōtinere nō valentes aquas. Nullum enim refrigerium fuit in dimissione latronum: sed potius multum damnum. Danielis xiij. Nunc venerunt peccata tua que operabaris prius: iudicans iudicia iniusta. innocentes opprimens: et dimittens noxios.

Pilatus autem iterū respondens ait illis. Quid ergo vultis faciam regi iudeorum? At illi iterum clamauerunt: Crucifige eū

Hic fit de Causa condemnatōis a Pilato Inquisitio [Quid ergo vultis faciam regi iudeorum?] in quo nihil cause inuenio. Joannis xix. Ego nullam causam mortis inuenio in eo. j. Petri.ij. Qui peccatū nō fecit. nec inuentus est dolus in lingua eius. [At illi] persuasi a malignis [clamauerūt] vt clamore vincerent: qui de veritate nihil obijcere habebāt [Crucifige eum.] vt morte multaret: et cruce turparet: ne aliqua de cetero fama esset de eo. Sapiētie.ij. Morte turpissima cōdemnemus eum. Hieremie.xj. Mittamus lignū in panem eius. ⁊ eradamus eum de terra viuentium. ⁊ nomen eiꝰ non memoret amplius.

Pilatꝰ vero dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum

Et hic (al's hec) est innocētie domini declaratio. Et hoc est [Quid enim mali fecit] Glo. quod dicendo: Jesum tanq̄ innocentē absoluit. Unde Joānis.xix. Ego nullā causam mortis inuenio in eo. [At illi magis] hoc est: inualescendo [clamabant] clamore ⁊ nō veritate cōfidentes [Crucifige eum] Hieremie.xij. Quasi leo in silua facta est hereditas mea mihi: dedit contra me vocē suam. Esaie.v. Expectaui vt facerent iudiciū: ⁊ ecce clamor. Glosa. insanie sue satisfacientes: nō interrogationi satisfacientes presidis. Luce.xxiij. At illi instabant vocibus magnis: postulātes vt crucifigeretur: ⁊ inualescebant voces eoꝝ.

Pilatus autem volens satisfacere populo: dimisit illis Barrabam: et tradidit Jesum flagellis cesum vt crucifigeretur

Hic incipit pars illa Que est de Sententia cōdemnationis. Dicuntur autem hic Tria. Scilicet Malum ad Sententiā (al's factum) inductiuū. Peius: ex electiōe duorum preoptatum. et Pessimum Innocentis ⁊ puniti homicidiū. Et hec dicuntur Primo. Secundo autē describitur christi illusio. Dicit igitur [Pilatus autē] ambitiosus nolens amittere principatum [volens] volūtate placēdi [satisfacere populo] insano. Ps̄. lij. Confusi sunt qui hominibꝰ placent: quoniam deus spreuit illos. Galath.j. Si adhuc hominibꝰ placerem: christi seruꝰ non essem [dimisit illis] sicut peius elegerunt [barrabam] flagitiosum. Prouerbioꝝ.j. Que nolui elegistis: ego quoq̄ in interitu vestro ridebo: ⁊ subsannabo cum vobis. quod timebatis aduenerit [et tradidit eis Jesum] innocentem [flagellis cesum] Ut vel sic penis eius satiati: non peterent eum crucifigi [vt crucifigeret] post tot opprobria ⁊ flagella. Esai. Quinq̄gesimoseptimo. Justꝰ perit ⁊ non est q̄ recogitet in corde suo. viri misericordie colliguntur: ⁊ non est qui intelligat. a facie iniquitatis sublatus est iustus.

Milites autem duxerunt eum in atrium pretorij: et cōuocant totam cohortem: et induunt eū purpura: et imponūt ei plectētes spineam coronam: et ceperunt salutare eum. Aue rex iudeorū. Et percutiebant caput eius arundine: et conspuebant eum: et ponentes genua adorabant eum

Hic incipit pars illa In qua christi continetur Illusio. Sunt autem Quinq̄ quibus illuditur. Scilicet. Purpura. Corona. Arundine. Sputo. ⁊ Adoratione. Que per ordinē in littera continentur. Dicit igitur [Milites autem] qui semꝑ ad omne facinus proni fuerunt pro pecunia. Hi enim ad hoc conducti fuerunt. Unde etiam ⁊ Joannes baptista ꝙ a talibus cessent violentijs. Luce.iij. dixit militibus. Neminem concutiatis neq̄ calumniam faciatis. ⁊ contenti estote stipendijs vestris. Hi ergo milites: satellites sathane: condemnatū [duxerunt eum] Jesum [intro in atrium] tanq̄ in aulam regiam [pretorij] Ubi sedebat preses ⁊ senatꝰ: vt omnes tali interessent spectaculo. j. Corinthiorum.iiij. Spectaculum facti sumus mundo: ⁊ angelis ⁊ hominibus [⁊ cōuocant totam cohortem] vt sicut mortis: ita omnes participes sint illusionis. Psalm̄. Omēs qui videbant me: aspernabant me [et induunt eum purpura] in illusionem. Quia obiectum fuit ei ꝙ fecerat se regem. Esa. Sexagesimotertio. Quare rubrum est indumentum tuum: ⁊ vestimenta tua sicut calcantium in torculari. Hoc em̄ mirantes patiētiam domini clamabāt angeli.

Ettamen q̄uis ignorantes ⁊ inimici fuerint: tamen induunt eum purpura: mysterium regni celestis significātes. qđ incepit per christum: cuius vestis purpura: fuit vestis hūana: sanguīe redemptō nis ꝓfusa. Esa. lxiij. ⁊c.

Ettamen q̄uis ignorātes ⁊ inuiti: mysterium hoc est regni celestis: qđ incepit per christū: cuiꝰ purpura: fuit vestis humana: sanguine redemptōnis ꝓfusa. Esai.lxiij. Quis est iste qui venit de edom tinctis vestibꝰ đ bosra. Iste formosus in stola sua. Cantic.vij.

Come capitis tui sicut purpura regis vincta canalibus. hoc dicit̃ ꝺ ecclesia cuius mens caput est Come dependentes sunt cogitatõnes ⁊ affectus. e q̃bus comis nũꝗ̃ sepat̃ hec purpura sic rubricata Ecclesiastici. xliiij. Circũcinxit eum purpura opus textile viri sapientis. Cõtexta est hec rubea purpura de multis guttĩ sanguineis a purpure nr̃o elicitis. Purpur enim nostrũ christus est sine virili semine in claustris vteri virginalis conceptus de sãguie purificato a sancto spiritu: qui colorauit purpuram istam. Et hanc regalẽ dignitatẽ etiã inuiti [imponunt ei] in capite [plectentes] vt aculeorum acumen caput vndiꝗ̃ pungeret [spineã coronã] de iuncis spinosis valde acutos angulos habentibꝫ: ostẽdentes se esse spinetũ: qui sic dominũ maiestatis pupugerũt Esaie. ix. In spinas ⁊ in vepres erunt. ij. Regũ. xxiij. Preuaricatores quasi spine euellent̃: que nõ tangunt̃ manu. sed si quis voluerit eas tãgere: armabitur ferro ⁊ ligno lanceato. Christus ei rex noster ꝗ̃uis manu se tũc nõ defenderit: tamen adhuc armabit̃ ferro iudiciarie potestatis. ⁊ longe distans ab eis spacio imortalitatis ⁊ impassibilitatis acuet dirã iram in lanceam. ⁊ euellet eos ⁊ dabit in ignẽ eternũ. Sic ergo spinetũ (al's spinatũ) est caput regis nostri docens eũ spinis nostris esse compunctũ. Malach. iij. Si configit homo deũ suũ: quia vos cõfigitis me. Cantico. iij. Egredimini filie sion: ⁊ videte regem salomonẽ in diademate quo coronauit eũ mater sua. hoc est: Iudeoꝝ synagoga: spinis peccatorum cõpungens caput ipi⁹. Inter has spinas florent omnes qui in chr̃i innocentia ⁊ humilitate et patiẽtia refloruerũt. Canti. ij. Sicut liliũ inter spinas: sic amica mea inter filias. [⁊ ceperũt salutare] ꝑ irrisionẽ regia salutatõe [dicentes] probrose [Aue rex iudeorũ] Quia sicut dixerunt: regnũ voluit vsurpare iudeorum. Salutatio hec nõ est salutis imp̃catio. sed potius penarũ ⁊ exprobratõis inflictio. Esa. xxix. Appropinquat popul⁹ iste ore suo. cor autẽ eorũ longe est a me. sine causa colunt me. Hiere. xij. Prope es tu ori eorũ: ⁊ longe a renibꝫ eorum. Tales autẽ sunt qui christum voce predicant: et factis irrident. Titũ. j. Cõfitent̃ se nosse deũ: factis autem abnegant. [et ꝑcutiebant] Tertiũ Irrisoriũ ẽ quod hic semiplene tãgitur: quia perfectius Matth. xxvij. cõtinet̃: Ubi sic dicit̃. Dabant arundinẽ in dexterã eius. ⁊ genu flexo ante eum illudebãt dicentes. Aue rex iudeorũ. ⁊ expuentes in eum acceperunt arundinem: et percutiebant caput eius. Arundinem autem dabant pro sceptro: significantes vacuum a decore. et fragile esse regnum regis: qui seipsum non defenderet. Hec autem arundo regnum est Iudeorum: in quo rex fuit dominus: iam vacuum et fragile: et transferendum ad alios significabat. Matthei. xxj. Auferetur a vobis regnum: ⁊ dabitur genti facienti fructus eius. Et ideo Esaie. xxxvj. dicitur de Rege iudeorum: ꝙ innititur super baculum arundineũ: qui cum fractus fuerit intrabit et perforabit manum innitentis super eum. In regno autem christi nihil significat nisi arundinis rectitudo. Unde Esaie. xl. Arundo mensure erat in manu mensurantis templum. quod noue gratie et nouorum sacramentorũ significat institutionem [⁊ percutientes caput eius arũdine] Arundo hec sambucus fuit: que est arundo magna in exterioribus dura. ⁊ ictibus suis liuores inducit plus ꝗ̃ moderatus baculus. Sicut philosophus dicit de ꝑcussuris ferule que etiam ideo liuet in percussuris. quia dura valde est. ⁊ non cedit in se quando percutit. Preterea Spine erant in capite quas ictibus arundinis necesse fuit profunde pũgere caput domini Ps̃. cj. Percussus sum vt fenum ⁊ aruit cor meum [⁊ conspuebant eum] Irrisio Quarta ẽ Iob. xxx. Faciem meam conspuere non verentur. Sic conspuunt eum qui blasphemant eũ [⁊ ponentes genua] Quĩta irrisio est [adorabant eũ] falsa ⁊ irrisoria adoratione Luc. xxij. Alia multa blasphemantes in eũ dixerunt Ioan. xix. Milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. ⁊ veste purpurea circũdederunt eum. ⁊ veniebant ad eum ⁊ dicebant Aue rex iudeoꝝ ⁊ dabant ei alapas.

Et postꝗ̃ illuserunt ei exuerunt illum purpura: ⁊ induerunt eum vestimentis suis. et educunt illuz vt crucifigerent eum. Et angariauerunt quempiam pretereuntem simonem cyreneum venientem de villa patrem Alexandri et rufi vt tolleret crucem eius. Et perducũt eum in golgotha locum: quod est interpretatum caluarie locus. Et dabant ei bibere myrrhatũ vinuz ⁊ non accepit.

Hic agitur de dñi crucifixione. Diuiditur autez hec pars in Tres partes. In quarum Prima cõtinetur de Modo crucifixionis. In Secunda: de Modo irrisionis crucifixi. Ibi [Et pretereuntes blasphemabant eum] In Tertia autem describit̃ de Modo mortis Ibi [Et facta hora sexta ⁊c̃] In Prima harum continentur Septem paragraphi In quoruz Primo describit auctor christi ad crucifigendum eductionẽ. In Secundo Loci in quo crucifixus est horrorez. In Tertio Interiorẽ eius afflictionem. In Quarto spoliationem. In Quinto Temporis congruitatez. In Sexto Tituli inscripti dignitatem. In Septimo Per latronum societatem scripture impletionem Que per ordinẽ plane continentur in littera. In Primo hoꝝ Duo dicuntur Scilicet Christi eductio. ⁊ Angariati simonis crucis christi portatio. Quattuor in Primo horum cõtinentur. Scilicet Purpure exuitio Uestium suarum resumptio. Eductio. et Crucifixionis proposita a iudeis intentio. Dicit igitur [Et postꝗ̃ illuserunt ei] Esaie. xxviij. Uiri illusores qui dñamini super populum meũ qui est in hierusalem [exuerũt eũ purpura] ne regalẽ

vestem crucifixione fedaret. Uestis autem huius depositio: significat Judeorum depositionem: ne amplius decore Judeorū regnum domus induatur. Canticorum. v. Exui me tunica mea quomodo induar illa: [et induerūt eum vestimentis suis] pauperculis quibꝫ ante vtebatur. Zach. iij. Jesus erat indutus vestibus sordidis In suis ergo eduxerunt eum. Et hoc est ꝙ dicit [et educunt euz] Sicut vitula rufa (cuius sanguis inferebatur intra sancta sanctorū) extra castra educebatur: cum immolabat. Leuit. viij. ⁊ ix. ⁊ Hebreorū. xiij Quorum animaliū sanguis infertur ī sancta sanctorum: horum corpora cremantur extra castra. Propter quod ⁊ iesus vt sanctificaret per suū sanguinez populū: extra portam passus est. Exeamus igitur ad eū: improperiū eius portantes [vt crucifigerent] Hec enim erat intentio eorū: vt euz ⁊ morte multarent: ⁊ cruce turparent. Sapie. ij. Morte turpissima cōdemnemus eum [et angariauerunt] Secundū est prime partis. Est autē sensus ꝙ primo exiuit iesus in eum locum qui dicitur caluarie locus: baiulans sibi crucem. Sicut dicitur Joannis. xix. Sed cū lassus esset sub pondere crucis: tunc [quendam] casu sibi obuium Simonem cyrenensem angariauerunt vt crucem portaret per vie residuum vsqꝫ ad crucifixionis locum. Et hoc est ꝙ dicit [et angariauerunt] violenta coactiōe [quēpiam] casu sibi obuium [venientem de villa] ad ciuitatez causa mercationis vel operis alterius [pretereūtem] se in via qua educebant iesum. Et describit illuz Nomine: ⁊ Patria ⁊ Cognatōe. quia omnia hec nota fuerunt [Simonem] nomine [Cyreneum] patria: qꝛ gentilis fuit [venientem] casu tunc temporis [de villa] habitatōis sue: ad ciuitatem sanctam hierusalem [patrem] carnalem [alexandri et rufi] quia illi noti erant apud eos: ne res veniat in negationem [vt tolleret] portandam [crucez eius] iam lassi iesu christi. Quod significabat ꝙ gentilitas ab ipsis humeris īmediate crucem susceptura erat ad redemptionez. Que ⁊ tenebras ignorantie extirparet. quod Alexander interpretatur. Et totam ecclesiam de gentibus sanguine suo decoraret. Qd̄ significat Rufus. Et per omnia merorem gentium per obedientiaz deponeret. quod interpretatur Simon Et heredes regni sui faceret: quod interpretatur Cyreneus. Et crucem christi in altum per penitentiā extolleret. Qd̄ sustollere crucem christi significat. Et ad hoc compellerent Judei: per hoc ꝙ verbum crucis reiecerunt. quod significat angaria. Actuuz. xiij. Uobis oportebat primū loqui verbum dei. sed quia repulistis illud: ⁊ indignos vos iudicastis eterne vite. ecce cōuertimur ad gentes. Sic enim precepit nobis dominus Esai. Quadragesimoscdo. Dedi te ī lucem gentium: vt sis salus mea vsqꝫ ad extremuz terre [et perducūt eum in golgatha] Secundus paragraphus In quo tangitur Horror loci in quo crucifixus est dominus. Quid autē sit golgatha. interp̄tatur Euangelista subdens [qd̄ est interpretatum] in latino [caluarie locus] vbi multe caluarie damnatorū hominū iacebant. Est enim caluaria testa denudata pilis ⁊ pelle: qꝛ ibi per publicam iusticiā suspendio ⁊ decollatione iacebant caluarie eoruz plurime. Inter quos mori voluit dominus: vt ostenderet ꝙ pro peccatoribus moriebatur. quia ipsi in omnibus vilificare eum intenderūt. Deuteronom̄. xxxij. Inuenit eum in terra deserta in loco horroris ⁊ vaste solitudis. Psalm̄. Octogesimoseptimo. Posuerūt me in lacu inferiori in tenebrosis ⁊ in vmbra mortis. Nō autez ideo dicitur caluarie locus: ꝙ ibi sit sepulta caluaria Adam: quia illa in hebron sepulta est: vt dicitur Josue. xvij. [Et dabant ei bibere] Tertius est paragraphus: In quo ostenditur ꝙ etiā interiora dulcissimi dn̄i amaricauerūt [⁊ dabant] ex mala intentione: amaritudinē suam declarantes [myrrhatū vinum] acidum: qd̄ amaritudine Myrrhe amarius fecerunt: spongiam implentes. Et spongiam sambuco arundineo circumponētes: quo ad os in alto crucifixi domini: porrigerent. ⁊ ip̄um felle miscuerunt. ⁊ isopo herba amarissima circūposuerūt. Sicut dicūt Matheus ⁊ Lucas. Et hoc fecerūt quando dixit: Sitio. Hierem̄. ij. Quomodo cōuersa es in amaritudinem vinea aliena. Deuterono. xxxij. Uua eorum vua fellis ⁊ botrus amarissimus. Fel draconū vinum eorum: ⁊ venenum aspidū insanabile. Et idō sequitur [et non accepit] quia felleam amaritudinem in hominibꝫ: dulcis ⁊ rectus dominus nunq̄ꝫ acceptauit. De quibus Actuum. viij. In amaritudine fellis ⁊ obligatōe iniquitatis video te esse.

Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius: mittentes sortem super eis: quis quid tolleret. Erat autem hora tertia et crucifixerunt eum.

Quartus est paragraphus de Domini spoliatione. In quo tangitur ⁊ Truculentia in domini spoliatione. ⁊ Auaricia in spolio. ⁊ Sors illicita in diuisione spoliorū. Dicit igitur [Et crucifigētes eum] truculenter ⁊ atrociter: non sunt cōtenti multa mortis. Imo [diuiserunt] sibi inter se [vestimenta sua] que tamen paupercula fuerūt Et in h̄ notatur auaricia eorū qui tammodica ⁊ parum valentia cōcupierūt. Hieronymus: Credenti totus mundus diuitiarū est. infidelis etiaz obolo indiget. Ezechielis. xiij. Uiolabunt me ⁊ populum meum: propter fragmentū panis ⁊ pusillum hordei. Job Uicesimoquarto. Nudos dimittunt homines: indumenta tollentes. quibus nō est operimentum. Quia sicut tradūt Patres: totum denudauerunt coram hominibus. Et pannum qui in picturis eius circa lumbos eius representatur dicitur: ꝙ virgo mater de velo sui capitis sibi circūligauit [mittentes sortem] Plenius h̄ narratur Joannis. xix. Ubi dicitur ꝙ quattuor milites sibi vestimēta diuiser̄t: vnicuiqꝫ militi partem ⁊ tunicam. Erat autem tunica incōsutilis desuper contexta per totum. Et ideo dixerunt. Non scindamus eam: sed sortiamur de ea cuius sit. Psal. xxj.

Diuiserunt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestē meam miserunt sortem. Est autem miranda patiētia ⁊ dispēsatio misericordie saluatoris. Qui sicut agnꝰ tondentem ⁊ occidentem se suo vellere vestit: Ita se tondentes ⁊ spoliantes: ⁊ occidentes se: suo vestitu vestiuit. ostendens ꝙ nisi suis exemplis vestirentur. ignominiosa nuditas eorum esset coram oculis dei ⁊ angelorū apparens. Ezech. xvj. Eras nuda ⁊ ignominiosa ⁊ confusione plena ⁊ expandi amictuz meum sup te. Hoc est ergo ꝙ dicit ⌊super eis⌋ vestimentis ⌊sortem mittentes⌋ fortuitam ⌊quid⌋ de vestitu ⌊quis⌋ militum ⌊tolleret⌋ in vius suos redigendo ⌊Erat autem hora tertia⌋ Quintus est paragraphus In quo tāgitur hora crucifixioni congrua. Et hoc est qđ dicit ⌊Erat autē⌋ tunc ⌊hora tertia⌋ ab ortu solis que medium ascensum solis ostendit ad meridiez

Videtur autem cōtrarium id quod dicitur Jo. xix. vbi dicitur ꝙ erat hora q̄si sexta: quando sol est in pūcto meridiei. Sed ad hoc dicit Beda ⁊ quidam alij. ꝙ hora Tertia crucifixus est coraz Pilato linguis Judeorū. Hora autem Sexta suspensus in ligno crucifixus est manibꝫ gentiliuz. Et sic verificat vtrunqꝫ dictum ⁊ soluit cōtrarietatē. Alij probabilius dicūt ꝙ in veritate in hora tertia dominus iam cōdemnatus eductus erat. Et in hora tertia incepta est crucifixio eius. ⁊ occupatis eis in crucifixione: fluxit tempus in crucis erectionem. ⁊ deinde ad crucem aptatione ⁊ conclauatione vsqꝫ ad sextam. Et in hora sexta crucifixio fuit consummata. ⁊ ideo qđ hic dicitur verum est de crucifixionis principio. Et qđ dicit Joannes verū est de crucifixiōis ꝯsūmatiōe. Et est sensus ⌊Erat aūt⌋ hꝰ ē esse incipiebat ⌊hora tertia⌋ ⁊ ⌊crucifixerūt⌋ hꝰ est: crucifigere inceperūt eū Hec aūt hora ꝯueniēs erat. q̄r exq̄ post meridiem Adam iā peccauerat et abscōdit se: turpitudinem suam cōsiderans a luce presentie domini: oportuit ꝙ ante meridiē tentatio eiꝰ ageretur: ⁊ mulier ad consensum induceretur: que viro gustum necis obtulit Et ad hoc probabiliter tres hore exigunt. Et sic tempus redemptiōis conueniebat tempori ꝑditionis. sicut lignum redēptionis ꝯgruebat ligno ꝑditionis. Eccl'is. iij. Om̄ia tempus habent. ⁊ suis spacijs trāseunt vniuersa. Hoc tempꝰ est qđ cum desiderio patres expectauerunt. Eccl'i. xxxvj. Festina tp̄us ⁊ memēto finis. vt enarrēt mirabilia tua

Et erat titulus cause eiꝰ inscriptus: Rex iudeorū

Hic est Sextus paragraphus: in q̊ honestas cause ⁊ innocētia dn̄i describit. Dicunt autez hic Tria. Modus ⁊ Materia. ⁊ Virtus Modū notat cū dicit ⌊titulus⌋ qđ deriuatur a greco titan. quod est radiꝰ. q̄r totū mundū suo lumīe titulꝰ iste irradiauit. Erat ei sit ⁊ Memorialis. ⁊ Preconial' et Triumphalis. Memorialis qui nunq̄ꝫ obliuione deleat Thren. iij. Memoria memor ero. ⁊ tabescet in me anima mea. Propter hunc enim tituluz ponimus dominū super cor nostrū: vt nunq̄ꝫ operis redemptionis obliuiscamur ad gratiarūactiones. Can̄. viij. Pone me sicut signaculum sup cor tuū. ⁊ sup brachiū tuum. q̄r fortis est vt mors dilectio Can̄. j. Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi inter vbera mea cōmorabit. Preconialis est vt omni laude extollat Ecc̄i. xliij. Magnificātes dominū q̄ntūcunqꝫ poteritis supualebit adhuc Ps̄. cxliij. Laudem dn̄i loquet os meum. ⁊ benedicat omnis caro nomini sancto eius Ecc̄i. xliij. Benedicentes dn̄m: exaltate eum quantū potestis. maior est em̄ omni laude. Quis em̄ digne laudare valeat opus redemptionis In quo Pater vt seruuz redimeret: filiū tradidit. In q̄ Filius ꝓ suis seip̄m in oblatōem obtulit. In quo Spūssanctus sanctitate om̄ia compleuit. Hic titulus etiaz triumphalis est. in quo christus: de Morte ⁊ Mortis auctore triūphauit. ⁊ Mortis carcerē ꝯfregit. ⁊ Suos liberatos eduxit Esa. lxiij. Ego qui loquor iusticiam. ⁊ ꝓpugnator sum ad saluanduz Osee. xiij. O mors ero mors tua: morsus tuus ero inferne.

Materia tangit cum dicit ⌊cause eius⌋ hoc ē: causa pro qua crucifigebatur. Non enim vt homicida ⁊ seditiosus. sed potius vt suo cruore etiaz homicidas ⁊ seditiosos liberans. Qđ barrabe significat dimissio. ⁊ latronis in paradisum introductio Joā. xix. Hec igitur est sibi causa passionis. Et ido significatur per agnum pascalem qui sua morte captiuos liberauit. ⁊ suo cruore liberatos assecurauit ab angelo ꝑcussore Exo. xij. ⌊inscriptus⌋ autem est vt nulla eum deleret obliuio Abachuch. ij. Scribe visum. ⁊ exara eum super tabulas vt ꝑcurrat qui legerit. Erat autē vt Joā. xix. dicit. scriptus Hebraice propter patrum religionem ⁊ virtutem. Grece propter grecorum sapientiam. vt sciamus quod dicitur. j. Corinth. ij. Nos p̄dicamus christum crucifixum: iudeis quidem scandaluz gētibus autem stulticiam. ip̄is autem vocatis iudeis atqꝫ grecis christum dei virtutem ⁊ sapientiam Latinis autem litteris scriptus fuit propter latinorum potestatem ⁊ monarchiaz. vt sciamus quod dicitur Matth. xxviij. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. Sic ergo in titulo est perfectio Virtutis ⁊ Sapientie ⁊ Potestatis. Virtutis ad bene viuendum. Sapientie ad bene intelligendum. Potestatis ad a contrarietatibꝫ se defendendum. Et ideo hic titulus corrumpi iudeis petentibus non potuit. quia spūssanctus non permisit ⌊Rex iudeorum⌋ Hoc enim ⁊ non aliud obijciebant. et quia in hoc rhomano contradixisset cesari. Sed spūssanctus hoc voluit vt honestas passionis omnibus legentibus ostenderetur. Est em̄ Rex ſm diffinitiōes eorum qui de vrbanitatibus tractauerūt: rector regni (quod est boni. hoc est honesti: ⁊ delectabilis: ⁊ vtilis: nō sibi sed patrie) ⁊ legum equissimarū ⁊ ordinis officiorum ⁊ finium quibus beatitudo vite attingitur: perfecta potestate distributio. Vnde Dion̄. in libro de Diuinis nominibꝫ. Regnum est om̄is finis ⁊ legis ⁊ ordinis distributio. Distribuitur autem a Rege omnia cōtinente: quando vniuscuiusqꝫ sua. ⁊ ea propria dignitate quilibet ad sibi aptatur conueniens. ⁊ hec nullus vnq̄ꝫ ꝑfecit distribuens in mundo nisi christus. ⁊ ideo dicitur Esa. xxxiij. Dominus legifer noster. dominus rex noster Hiere. xxiij. Hoc est no

men quod vocabunt eũ dominus iustus noster
[iudeorum] autẽ dicitur: quia iudeus cõfitens
ꝛ glorificans interpretatur: quia cõfessio ꝛ pulcri-
tudo est in cõspectu eius. quia in talibꝫ qui verita
tem verbi: operis: ꝛ iudicij ꝛ fidei hñt in ꝯfessiõe. in
quibꝫ gloria dei semper est in cõuersatione. regnat
christus rex noster. Luce. i. Dabit illi dominꝰ deus
sedem Dauid patris eius: ꝛ regnabit in domo Ja
cob in eternum. ꝛ regni eiꝰ non erit finis. Huic ti-
tulo additur Joã. xix. Jesus nazarenꝰ. Sed quia
hoc in causam crucifixionis sibi non obijciebatur
ideo hic non ponitur. Non eñ negari poterat ꝙ
Jesus. hoc est: saluator esset: qui tot in aĩa ꝛ cor-
pore saluauerat. Nec obijciebat̃ ꝙ iesus nazarenꝰ
esset qui inter eos germinauerat cum flore cõuer-
sationis. Eccli. xxiiij. Flores mei fructꝰ honoris et
honestatis. Hic igit̃ est titulus

Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum a dextris ꝛ alium a sinistris eius. Et impleta est scriptura que dicit: Et cũ iniquis reputatus est.

Septimus est iste paragraphus. In quo q̃dẽ
turpare intenderũt sed non poterant ad scripture
ꝛ veritatis impletionem. Et ideo Duo ista simul
hic dicuntur. ꝛ hoc est [Et cum eo] nõ simili cau
sa [crucifigunt duos latrones] ꝓpter scelera
damnatos. Matth. ix. Non veni vocare iustos sꝫ
peccatores ad penitentiã. ꝛ ideo quos causam ha
buit incarnationis: hos socios voluit habere pas
sionis [vnum a dextris] qui in fine penituisse
dicitur. ꝛ Dismas vocari perhibetur Matth. xxv.
Statuet oues quidem a dextris: hedos autem a
sinistris [ꝛ vnum a sinistris] qui in pertinacia
remansit. ꝛ Hesmas vocatꝰ esse dicitur. Prouer.
iiij. Vias que a dextris sunt nouit dominus. Per
uerse autem q̃ a sinistris sunt. Unde glosa Mat.
xxiiij. Unus assumet̃ ꝛ alter relinquet̃. Rhom. ix.
Jacob dilexi: Esau autem odio habui. Lucratorẽ
eñ in passionibꝫ diligit. ꝛ reprobat eũ q̃ ꝓpter car
nis molliciem ꝯiungit̃ blasphemantibꝫ. Hoc igit̃
fecerunt vt infamem facerent ex societate crucifixo
rum [Et] tñ sine voluntate ipsorum ad sua facta
[impleta est scriptura] Esa. liij. [que dicit]
ꝓuidens ista in spũsancto [Et cũ impijs depu
tatus est] Littera Esaie. sic dicit. Pro eo ꝙ tradi
dit in mortẽ animã suam: ꝛ cũ sceleratis deputatꝰ
est. ꝛ ip̃e peccata multoꝝ tulit. ꝛ pro transgressori-
bus orauit.

Et p̃tereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua ꝛ dicentes: Vach qui destruis templum dei: ꝛ in tribus diebus reedificas Saluũ fac temetip̃m descendens de cruce.

Tangit̃ hic de Irrisione crucifixi. Irrisio autem
hec facta est a Tribꝫ generibꝫ hoĩm. Scꝫ. Preter-
eũtibꝫ. Sacerdotibꝫ. ꝛ Latronibꝫ. Et ſm hec Tria
recipit diuisionẽ. Irrisio p̃tereuntium habet Tria
Blasphemiã. Motus capitis. ꝛ Improperiũ in
ꝟbis Dicit igit̃ [Et p̃tereuntes] Qui vagos
in mundi vanitatibꝫ significauit: stabiliter in veri
tate nõ manentes Hiere. xiiij. Populus hic dilexit
mouere pedes suos ꝛ dño nõ placuit Job. xj. Vir
vanus in sup̱biã erigit̃. ꝛ tanq̃ pullũ onagri se na
tum liberũ putat [blasphemabãt eum: dicen
tes] eũ ꝟtutes quas fecerat in p̃ncipe demonioꝝ
ꝑfecisse Marc. iij. Qui blasphemauerit in spũsan
cto: nõ remittet̃ ei neq̃ hic neq̃ in futuro Esa. i. De
reliquerũt dñm: blasphemauerũt scm̃ isrl̃: abalie
nati sũt retrorsum [mouentes capita] in signũ
cõminationis ꝛ irrisionis. Vñ ꝺ Sennacherib ꝺꝛ
Esa. xxxvij. Post te mouebit caput virgo filia sion
Et hec irrisio p̱ cõminatiõem ꝓpheticã est causa ca-
ptiuitatis ip̃oꝝ. Caput circuitus eoꝝ: labor labio
rum ip̃oꝝ operiet eos. quia mouendo capita circũ
dabãt ip̃m [ꝛ dicentes] improperãdo [Vach]
Interiectio est indignãtis Job. xxxviij. Cum audi
erit sonitũ buccine dicet vach [qui destruis tem
plũ dei] sicut dixisti Joã. ij. [ꝛ in tribꝫ diebus
reedificas] tua virtute que nunc tã infirma ap-
paret Abachuch. iij. Ibi abscondita est fortitudo
eius [Saluũ fac temetip̃m] virtute quam de
te in potestate reedificãdi templũ p̃dicasti [descẽ-
dens de cruce] Sed isti nõ cognouerũt ꝙ non
venerat vt seip̃m tp̱aliter saluaret sed om̃es. ꝛ ideo
nõ descendat de cruce: sed potius ascendat Jo. xij.
Ego si exaltatus fuero a terra: om̃ia trahaꝫ ad me
ip̃m. Si serpens de palo deponit̃ Num. xxj. nul-
lus a morsu serpentis liberat̃ Joã. iij. Sic Moy-
ses exaltauit serpentẽ in deserto: ita exaltari oportꝫ
filiũ hoĩs. vt om̃is qui credit in ip̃m nõ pereat: sed
habeat vitã eternam.

Similiter ꝛ summi sacerdotes illudentes ad alterutꝝ cum scribis dicebant: Alios saluos fecit seipsũ nõ potest saluum facere. Christus rex israel descendat nunc de cruce vt videamus ꝛ credamus. Et qui cum eo crucifixi erant cõuiciabantur ei.

[Silr̃ ꝛ summi sacerdotes] Secũda Irrisio ẽ
[illudentes ei] sic̃ ꝛ p̃mo fecerãt in domo sũmi
pontificis [ad alterutꝝ] in exultatõe [cum scri
bis] q̃ nequã dederãt ꝯsiliũ [dicebãt] Prouer.
ij. Letant̃ cũ malefecerint. ꝛ exultãt in rebꝫ pessimis
[Alios saluos fecit] hoc enim innegabile fuit
Act. x. Pertrãsiuit bñfaciendo ꝛ sanando oẽs op-
pressos a diabolo [seip̃m non potest saluũ fa
cere] qꝛ alios nõ saluaret nisi seip̃m nõ saluando
Sic̃ Pelicanus q̃ nõ saluat pullos nisi seip̃m nõ
saluãdo Ps̃. cj. Silis factus sũ pelicano solitu-
dinis [chr̃s rex isrl̃] sic̃ Supple ip̃e ꝺ se dicebat
Qui christus omnia reformabit ꝛ saluabit. Sed
isti scripturã dissimulãt que dicit ꝙ ꝛ chr̃s saluabit

ꝑ mortem. Threñ.iiij. Ante faciē nr̄am chr̄s dominus captus est in peccatis nostris cui diximꝰ: In vmbra tua viuemꝰ inter gētes [descendat nūc de cruce] Jmo ꝯm intentionē nostre salutis exaltet se in cruce [vt videamꝰ ⁊ credamus ei] hoc est: vt videamus ꝟtutem ipius ⁊ sic credamus ei. Luce.iiij. Utiqꝫ dicetis mihi hanc similitudinem. Medice cura teipm̄. Nos audiuimus quia videmus effectū crucꝭ. ⁊ ideo credimꝰ ei. j. Coꝛ. j. Placuit deo ꝑ stulticiam predicationis saluos facere credentes. Gal. vj. Mihi aūt absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. ꝑ quē mihi mundus crucifixus est ⁊ ego mundo. Uñ eccl'ia cantat Nos autē gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi i quo est salus vita ⁊ resurrectio nostra ꝑ quem saluati ⁊ liberati sumus [Et qui cuꝫ eo crucifixi erant] latrones [ꝯuiciabantur ei] Et glosa dicit ꝙ plurale ponit̄ pro singulari. quia vnus latronū cōuiciabatur ei: sicut dicit̄ Luc̄. xxiij Alter aūt corripuit eum dicens. Neqꝫ tu times deum q̄ in eadeꝫ dāpnatione es: ⁊ nos q̄dem iuste. nā digna factis recipimꝰ. hic autem nihil mali fecit. Tamen veritas historie fuit ꝙ ꝑmo ambo christo cōuiciabant̄. ⁊ postea visis signis que fiebāt alter conuersus est ⁊ tunc veniā impetrauit. Abacbuch iij. In medio duum animaliū cognosceris. hoc est brutaliter ⁊ animaliter viuentiuꝫ. Hoc est igitur quod dicit.

Et facta hora sexta tenebre facte sunt per totam terram vsqꝫ in horā nonam

R

Tangitur hic de Modo mortis domini. Dicūtur autem Tria. Scꝫ. Elementorū siue mundi in morte christi dispositio. Moriētis in clamore oñsio ⁊ Eorū que mortem christi testabant̄ se sustinere non posse aperta confessio. In Primo dicit [Et facta hora sexta] quando lux clarissime anie christi est mundo subtracta [tenebre facte sunt] visibiles exterius ꝑ totam terram iudeorū ⁊ etiā amplius. Unde Origenes in glosa suꝑ Exodū vbi adaptat plagas egypti operibꝫ recreationis: dicit. Ꝙ sicut ꝑ totam terram egypti tenebre facte sunt ꝑ triduum ꝑ totam terrā egypti. excepta terra gessen in qua habitabāt iudei Sic in passiōe domini per tres horas facte sunt tenebre ꝑ solam terram iudeoꝝ ⁊ nō alibi. Sed hoc stare non videtur. quia dicit Dionysiꝰ i epistola ad Apolliphanū ꝙ tenebre ille extendebant̄ vsqꝫ ad regiōes iliacas hoc est: vsqꝫ ad phrigiam vbi fuit troia. ⁊ hoc lōge est vltra terram iudeorum. Adhuc autem has tenebras apud heliopolim ciuitatem egypti Dionysius cum apolliphanio cōspexit. In hora auteꝫ tenebrarū Dionysius ꝯcordat cum his que hic dicuntur. Tenebrarū autem modus vt dicit Dionysius iste fuit. ꝙ luna cum esset q̄ntadecima tam in circulo deferenti q̄ꝫ in circulo eq̄noctiali a sole multum destitit. Cum eñ esset q̄ntadecime ꝯm gradꝰ eq̄noctialis numerando: a sole in lunam destitit ꝑ centuꝫ ⁊ tres gradus de gradibꝫ equinoctialis. q̄a tredecim gradibꝫ plus destitit a sole q̄ꝫ per mediū celi. In gradibꝫ aūt deferentis circuli a deferēte sole destitit ꝑ mediū deferētis. ⁊ ꝑ spaciū motus vnius diei. ⁊ hec duo spacia infra momentū rediuit. ⁊ se soli supposuit maiori oppositōe q̄ꝫ facere potuit. qꝛ Diony. dt. ꝙ ethiopicis velis totū solē obtenebrauit. ⁊ añ spaciū (al's tp̄s) vespertinū totū illd spaciū rediuit in locū quē naturalit̄ tenuit. ⁊ sic in circulo eq̄uinoctiali dies motus reflexiuos fecit in q̄ necesse fuit duas q̄ttes intercidere. qd ꝯm oēm naturā est impossibile. Preterea infra nonā ⁊ duodecimā horā cūdo ad solē ⁊ redeundo spaciū centū ⁊ triū graduū bis ꝑegit. qd est ducenti ⁊ sex gradus qd est alid impossibile: cū in spacio triū horaꝝ non ꝑagat luna naturali cursu: paꝝ plus q̄ꝫ duos gradus. Adhuc aūt in vna ꝑte circuli. ⁊ rediuit ad solem ⁊ recessit ab ipo ad locū suū qd erat oibꝫ aliis maius incōueniēs. ꝓpt̄ qd querēs Diony. ab Apolliphano dixit. O speculū doctrine Apolliphani. q̄d his secretis ascribis: ⁊ r̄ndens apolliphanus Dionisio dixit. O bone Dionysi. Hic iniurie sunt diuinaꝝ reꝝ. Hec aūt oia siq̄s subtiliter inspiciat dicta Dionysii ad apolliphanū ꝯtinent̄ Amos. viij. Occidet sol in meridie. ⁊ tenebrescere faciā terrā in die luminis Joel. ij. Sol ⁊ luna obtenebrati sunt. ⁊ stelle retraxerūt lumē suū. qꝛ si luna se soli supposuit. sicut dt Dionysius: tūc oportuit lunā eē tenebrosam ⁊ sic oportuit ꝙ in tribꝫ horis nulla ⁊ nouacularꝭ siue monoides. ⁊ panselenos siue plena. ⁊ amphitrios: hoc est: plus q̄ꝫ plena appareret Job. v. Per diē incurrēt in tenebras: ⁊ q̄si nocte sic palpabūt in meridie. glo. [Sol refugit. qꝛ ñ poterat videre mortē chr̄i. ⁊ collaborabat laborāti. Uel ne impij blasphemātes sua luce fruerent̄ [vsqꝫ i horā nonā] Qd q̄dā dicūt h̄ cē miraculū ꝙ ꝑ tres horas eclipsis durauerit: nō esse satis ꝑspecte dictū. qꝛ eclipsis ꝑ tres horas durare poterit. sed illa q̄ añdiximus exaltāt istud miraculū suꝑ oīa miracula que facta sunt de celo.

Et circa horā nonā exclamauit voce magna Jesus dicens: Eloi eloi lāma esebthani: qd est interp̄tatū deus meus deus meus: vt q̄d dereliquisti me. Et quidā de circūstātibus audiētes dicebāt: Ecce heliam vocat. Currēs aūt vnus ⁊ implens spongiā aceto circūponens qꝫ calamo potū dabat ei dicēs: Sinite: videamus si veniat helias ad deponendū euꝫ. Jesus aūt emissa voce magna expirauit.

[Et circa horā nonā] ⁊ tp̄e q̄ in pctis abscōsuꝫ iclamauit Adā. Hic aūt Duo dicūt̄. Scꝫ Clamor chr̄i. ⁊ Peruersus itellectus clamoris. Dicit igit̄ [Et circa horā nonā] q̄ñ a ꝑncipio clamauerat Adā vbi es Geñ. iij. [clamauit voce magna] pctm̄ inclamādo: qd tāte mortis ⁊ miserie cā fuerat [dicens] in clamore [Eloi eloi lāma esebthani] ⁊ h̄ euāgelsta latinis int̄pretat̄ ꝟbis dicēs

qđ est interꝑtatuꝫ latine⌊De⁹ me⁹ de⁹ me⁹⌋bis dr:de⁹ me⁹.qꝛ de⁹ est pater ſ̄m deitatē ꝑ generatiõnē eternā:⁊ de⁹ fili⁹.h̄ est:ſ̄m humanitatē.qꝛ fecit eū ſ̄m generatiõnē maternam(al's humanaꝫ)⌊vt q̇d⌋hoc est:q̄re Acſi dicat.q̄ꝫ nefaria ⁊ tibi moleſta res erat.ꝓ q̄⌊me⌋vnigenitū tuuꝫ ſic⌊dereliquiſti⌋vt me tā turpe ⁊ acerbe morti exponeres. Lr̃a noſtra habet.De⁹ deus meus q̄re me dereliquiſti Et addidit Eſdras qđ Dauid ſubticuerat:v̄ba dlictoꝝ meoꝝ.h̄ est.Hec ſunt v̄ba delictoꝝ eoꝝ qui ſunt mei q̊s ego redemi.qꝛ(al's ⁊)ꝓ delictis eoꝝ ⁊ facta ſunt ⁊ dicta.Et attēde ꝙ in iſto clamore ñ adhuc erāt tenebre.⁊ ideo qđ dictū est: accipiendū est ꝑ anticipationē⌊Et q̇dam de circūſtantib⁹⌋rhomanis militib⁹ q̄ hebreā linguā nō itelligebāt⌊dicebāt:Ecce heliā vocat⌋putantes ꝙ eloi ſonaret idē qđ helias.ꝓpter q̄ndam affinitatē ſoni⌊Currēs aūt vn⁹⌋q̄ p̄ ceteꝛ curioſior erat⌊implēs ſpongiā⌋potu ꝯfortante⌊aceto⌋qđ penetratiuū erat.vt interiorē ſitim extingueret⌊circūponēſq;⌋ſpōgiaꝫ⌊calamo⌋ſambuci. q̊uſq; ad os chr̄i ꝑtigere poſſꝫ⌊potū⌋q̄ ꝯfortaret⌊dabat ei⌋Nō pietatꝭ ſed curioſitatꝭ cauſa⌊dicēs⌋ad cōſocios⌊Sinite⌋a tormentis.ceſſate pauliſꝑ⌊videam⁹⌋ꝑ expimentū⌊ſi veniat helias⌋q̄ i anteceſſorē chr̄i ꝯventur⁹ eſſe p̄dicabat ꝓpheta. Malach.vl.⌊ad deponendū eū⌋de cruce. Ps̄. Dederūt in eſcā meā fel ⁊ in ſiti mea potauerūt me aceto⌊Jeſus aūt⌋intēdēs opi nr̃e redēptionis:nō i clamationē inſultantiū⌊emiſſa voce magna⌋q̄ magne v̄tutis adhuc erat indiciū⌊expirauit⌋h̄ est:in man⁹ pr̃is ſpm̄ tradidit. Luce.xxiij. Pat in man⁹ tuas cōmēdo ſpm̄ meū. Jo.xix.Cū accepiſſet acetū dixit.Cōſumatū est.⁊ inclinato capite tradidit ſpm̄.Et tunc tenebre facte ſūt ꝑ totā terrā.De q̄bus dicit Hiero.in glo.Hic adeſt noe inebriat⁹ ac nudat⁹.celo ac terra tenebroſo pallio tect⁹.⁊ ab hoīe irriſus.Hic ſtillauit de ligno ſanguis. Noe eñ chr̄m ſignificauit Ebrietas ei⁹ ebrietatē amoris in paſſiōe.vt q̄ſi ſui oblit⁹ videret̄.Nudat⁹ aūt est ſpoliatione militū.tect⁹ aūt tanq̄ꝫ duob⁹ filijs: celo lumē retrahēte.⁊ terra:vmbras expandēte.ne nudat⁹ oculis irriſoꝝ appareret Hic est irriſus a cham imitatorib⁹.Hic de ligno cruc̄ ſtillauit ſanguis redēptionis de ligno vite qđ est chr̄us.Prouer.iij. Lignū vite est his q̄ apprehēderint eā.⁊ q̄ tenuerit eā beatus.

Et velū tēpli ſciſſum est in duo a ſummo vſq; deorſum.

Tangit chr̄i mortē ꝯſeq̄ntia.Et ſunt Duo.Apertio ſecretoꝝ.⁊ Cōuerſio infideliū.De Primo dicit⌊Et velū⌋qđ a velando dicit̄⌊tēpli⌋qđ diſtinguebat ſctā a ſctiſſanctoꝝ.Et de velo iſto dicit̄ Hebreo.ix.Hoc ſignificāte ſpūſancto nōdum ꝑpalatā eſſe viaꝫ ſctōꝝ adhuc p̄ori tabernaculo habēte ſtatum.ſed mō ſciſſo velo ſignificat̄ ꝙ in morte chr̄i via ad ſctāſanctoꝝ est ꝑpalata.Apoc̄.xj.Apertū est templū dei in celo.⁊ viſa est arca teſtamenti eius in templo ei⁹.q̄ om̄ia ꝯtinent ſacra noſtre reēptionis Hic eñ est tota noui teſtamēti⌊in duas ꝑtes⌋Credentiū iudeoꝝ ⁊ Fideliū gentiuꝫ.Rho.iij.An iudeoꝝ deus tm̄:nōne ⁊ gentiū:q̄m q̄dem vn⁹ deus est q̄ iuſtificat circūciſionē ex fide.⁊ p̄putium ꝑ fidem⌊a ſummo vſq; deorſum⌋h̄ est:a maximo vſq; ad minimū. Uel a lr̃a vſq; ad ſpm̄.ij. Corinth.iij. Nos oēs reuelata facie gl'iam dñi ſpeculantes in eandē imaginē trāſformamur

Uidēs aūt centurio q̄ ex aduerſo ſtabat:qꝛ ſic clamās expiraſſet: ait.Uere hic hō fili⁹ dei erat

Ecce Cōuerſio infideliū q̄ ante velū habebāt ſupra cor coꝝ.Centurio aūt fuit qui centū ſub ſe habebat milites.⁊ erat gentilis⌊Videns autē centurio qui ſtabat ex aduerſo⌋Ordinans eos q̄ occidebant dānatos.⁊⌊videns⌋ea q̄ fiebāt:vt dicit̄ Luc̄.xxiij.Quia ſic clamās In tenebris ⁊ ſciſſura petraꝝ ⁊ monumētoꝝ apꝑtione:Diuiſione veli templi.⁊ marie in clamore valido vocis:q̄ in morientib⁹ acui ſolet Heb.v.Cum clamore valido ⁊ lachrymis offerēs p̄ces ſupplicationeſq; ad deum ⁊ ꝓ crucifixorib⁹ Lu.xxiij. Pater ignoſce illis q̄a neſciūt q̄d faciunt. ⁊⌊ꝙ ſic clamās expiraſſꝫ⌋qđ mirāde pietatis eſſe videbat̄⌊ait:Vere⌋ſicut ꝓbant iſta ꝓdigia⌊hic homo⌋qui in humanitate apparuit extra.int⁹⌊filius dei erat⌋Aliter eñ tanta gloria dei in morte ei⁹ nō appareret. Jo.j. Uidimus gl'iam eius:gl'iam quaſi vnigeniti a patre Et ideo dicitur Lu.xxiij.ꝙ alij etiam videntes percutientes pectora ſua reuerſi ſūt in ciuitatē. L

Erant autem ⁊ mulieres delonge aſpiciētes:inter quas erat Maria magdalene:et Maria Jacobi minoris ⁊ ioſeph mater ⁊ ſalome. Et cum eſſet in galilea ſequebantur eum ⁊ miniſtrabant ei. et alie multe que ſimul aſcēderāt cum eo hieroſolymā M

Hic agitur đ domini ſepultura.Et habꝫ Tres partes.In quarum Prima Deſcriptio ponitur eorum qui officium funeri domini impenderunt pietatis.In Scđa Qualiter impetratum fuit a pilato.Modus deſcribitur impetrationis Ibi.⌊Et audacter introiuit⌋In Tertia ponit̄ Modus ſepulture Ibi.⌊Joſeph autē mercatus ⁊c̄.⌋Adhuc autem in Prima haruꝫ Duo dicunt̄.Scꝫ.Deſcriptio ſanctaruꝫ feminarum.⁊ Deſcriptio Joſeph q̄ chr̄m ſepeliuit.Mulieres āt deſcribūt̄ i Speciali ⁊ in G̃nali.In Speciali a Trib⁹.A Diligentia obſ̄uatōis.A Noīb⁹.⁊ Ab Obſequio pietatis. Dicit igitur⌋Erant autem mulieres⌋affectu pietatis flentes⌊delonge⌋extra turbam ſtantes primo:poſtea autem alijs reuertentibus in ciuitatem cōpunctis:audaciam accipientes ⁊ ad cruceꝫ accedentes.Unde Jo.xix.Stabant aūt iuxta crucem Jeſu mater eius:⁊ ſoror matris eius Maria cleophe ⁊ Maria magdalene⌊aſpiciētes⌋que fiebant ⁊ circa dominum ⁊ in paſſionibus ⁊ prodigia que oſtendit deus.Et tangit deſcriptionem

earũ in Speciali[inter q̃s erant Maria magdalene] q̃ multe fuerũt.[Sꝫ iste erãt inter eas pncipales. Maria magdalene dñi iesu dilectrix pcipua. Lu.vij. Dimittunt ei peccata multa qm̃ dilexit multum. Luce.viij. De qua septem demonia exierãt[ꝛ Maria mater iacobi minoris] apostoli[et] hec eadẽ erat[mater ioseph] q̃ cognominabat barsabas. lRue iustus: Qui fuit vnus de discipulis posit⁹ ad sortes cũ Matthia. Act.j.[ꝛ] maria[salome] filia que erãt sorores beate ṽginis ꝛ matertere dñi[Et cum esset] domin⁹[in galilea] ꝑ omne temp⁹ sue predicatiõis[seque bãt eum] ꝓpter doctrinam[ꝛ ministrabãt ei] de facultatibꝫ suis. Luce.xxiij. Et hec est Descrip̃tio ab Obsequio pietatis. Vñ de bona vidua dicit.j. Timo.v. Si sanctoꝝ pedes lauit. si hospitio recepit. si om̃e bonuꝫ opus subsecuta est[ꝛ alie multe] Descriptio est in generali siue cõmuni[q̃ simt cum dño ascenderãt] ad diem festũ ad quẽ tota terra ascendere tenebat ex lege. Exodi.xxiij. ꝛ hoc est[cum eo] iesu[hierl'm] sicut Joãna ꝛ Susãna vxor chusi ꝓcuratoris herodis. ꝛ q̃bus dixit dominus Luce.xxiij. Filie hierusalem nolite flere super me: sꝫ sup̃ vosipas flete. quia si in viridi hec faciũt in arido q̃d fiet?

Et cum iam sero essꝫ factum: qꝛ erat parasceue quod est ante sabbatum venit ioseph ab arimathia nobilis decurio: q̃ ꝛ ip̃e erat expectans regnũ dei.

Hic describitur Pietas Joseph ab arimathia qui in nullo a ṽtutibus predecessoꝝ nominis sui minor apparuit. Sicut enĩ Joseph patriarcha captiuitatem ꝛ venditionẽ christi. ꝛ salutem gentiuꝫ ꝑ chr̃m factaꝫ. ṽtutibꝫ suis p̃figurauit. ꝛ Sic Joseph nutritius domini diligenter obsecutus fuit. ita iste nunc paribꝫ ṽtutibꝫ mortuo dño officium funeris impẽdit. Describit autẽ in hoc illustri viro Temporis ad obsequendum congruitatem. Fidelitatẽ: Nominis non vacuam ꝓprietatem: Gentẽ Generis nobilitatem: Dignitatẽ: ꝛ Religionẽ Quibꝫ dign⁹ habitus est ad obsequẽdũ tanto funeri. Dicit igitur in Tempore Tria. Diei passiõis complementũ: Temporis negocium. ꝛ Futuri tẽporis ꝑfectum sabbatum. Dicit ergo[Et cum sero factum esset] Toto die ꝑfecto in opere nostre redemptionis. quod ad illud sero ꝑfectuꝫ erat Deutero.xxxij. Date magnificentiam deo nostro. Dei perfecta sunt opera. Hec est oratio vespertina quam pro nobis christus obtulit que ad patrem ascendit. Ps̃.cxl. Eleuatio manuũ meaꝝ sacrificium vespertinum. Hic est pinguis agnus qui cata vespere est oblatus Exodi.xij. Sero enĩ hoc est cõplementũ nostre redẽptiõis. In Vigilia enim matutina captus est. ꝛ Illusus fuit coram pontificibus. In Prima productus Pilati pretorio ꝛ accusatus. In Tertia cõdemnatus. In Sexta mortuus. In Nona adhuc remãsit in cruce distensus In Vespera deponitur. ideo completo opere nostre redemptionis: in Completorio sepultus. In sero ergo vesperarum istud fuit Ruth.ij. De mane vsqꝫ ad nunc stat in agro. ꝛ nec ad momentum quidem domum reuersa est. Ad litteram. Sapientia dei sic in agro ante portam ciuitatis suspensa stetit. nec ad momentum se passionibus subtrahens: donec perfecit redemptionem[quia parasceue erat] Describit Tempus a Negocio temporis. Parasceue enim grece. latine sonat preparatio. quia tunc necessaria ad sabbatum sequens preparabantur. Sicut etiam Exodi.xvj. dominus precepit. q̃ Sexta feria duplum mannatis colligeretur. ꝓpter sabbatum futurum. Tunc etiam Joseph iste p̃parabat quieti domini in sepulcro necessaria. Preparando sepulcrum: ꝛ Mercãdo syndonem. ꝛ Cum nicodemo parando mixturam myrrhe ꝛ aloes quasi libras centum. sicut dicitur Joan.xix.j. Paralip. vltimo. Omnis hec copia quam paramus: vt edificetur domus. hoc est sepulcrum: nomini sancto tuo: de manu tua est. et tua sunt omnia. Scio domine q̃ simplicitatem diligas. ꝛ probas corda. Unde ꝛ ego in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa hec[ante sabbatum] futurum: in quo nõ erat congruum operari omnibus iam perfectis. Heb.iiij. Operibꝫ ab institutione mundi ꝑfectis dixit de die septimo. opus suum quod fecerat. ꝛ requieuit ab omni opere quod patrarat. Sic etiam completo oꝑe redemptionis cum abundantia gratie sepulcrum intrauit. Job.v. Ingredieris in abundantia sepulcruꝫ sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Et ĩõ dicitur Esaie.xj. ſm translationẽ septuaginta. Erit sepulcrum eius gloriosum. Hec igitur est congruitas temporis[venit] Fidelitatem quam habu N
it ad viuum: voluit etiam exhibere mortuo. Hec enim est vera fidelitas. Ruth.ij. Benedictus sit a domino. quia eandẽ gratiam quam prebuerat viuis seruauit ꝛ mortuis. Et ideo notatur fidelitas eius qui ad mortuum venit. ꝛ damnatum nõ erubuit. Sic laudat apostolus Onesiphorum.ij. Timothei.j. quia eum captiuum ꝛ fere dãnatum sollicite quesiuit ꝛ inuenit ꝛ catenam suam nõ erubuit[Joseph] Ecce laus Nominis Quod a significatione sua non cecidit. quia Accrescens cum virtute fuit. Accrescens christo. cum etiam Apostoli relicto christo fugerunt. Genesis. xlix. Filius accrescens Joseph filius accrescens. ꝛ decorus aspectu[ab arimathia] nat⁹. Et est Laus a Patria ꝛ Gẽte. Hec ei erat ciuitas Samuelis Cui iste in nullo fuit inferior. Sed probans se tanti cõciuis consortem. ꝛ tanti iudicis in omni dignitatis honore heredem Unde arimathia suscitans donum domino. vel vigilia donationis domini interpretatur. Quia ꝛ iste dona Samuelis suscitauit in omni honestate Et ad hoc vigilauit. vt dona a domino per spoliantes eum abstracta suis resuscitaret impensis.j. Paral'. vltimo. Populum qui repertus est vidi cum ingenti gaudio tibi offerre munera (al's donaria) domine deus israel. Popul⁹ autem qui post fugam omnium repertus est fuit turba sanctarum mulierum. ꝛ Nicodemi ꝛ precipue inter om̃s Joseph ab arimathia[nobilis] Laus est a natalibus. Talibus enim natalibus dignus

fuit. qui summo maiestatis domino in obsequio electus est. Hic est qui laudatur in ecclesijs Prouerb. vltimo Nobilis in portis vir eius quando sederit cum senatoribus terre inter quos tenet principatum. quia alijs fugientibus christo accreuit [decurio] Ecce Laudatur a dignitatis sue potestate. Decurio enim vocatur qui officium publice dignitatis in curia Imperatoris ammistrauit electus. Ex (al's de) his dedit consilium Jetro. Exodi. xviij. Proinde electos viros potentes et timentes deum in quibus sit veritas. et qui oderint auariciam. et constitue ex eis tribunos et centuriones et quinquagenarios et decanos qui iudicent populum omni tempore Ex talibus igitur electus factus est decurio. Unde Luce. xxiij. Et ecce vir nomine Joseph qui erat decurio vir bonus et iustus. hic non consenserat consilio et actibus eorum ab arimathia ciuitate Jude [qui et ipse erat expectans regnum dei] Laus est a religione. Fide enim et spe [regnum dei] suscitandum in christo. et formandum (al's firmandum) [expectabat] religione et pietate suspensus ad illud. Luce. xxiij. Qui expectabat et ipse regnum dei. Sicut et sanctus Symeon et felix Anna regnum dei in christo expectabant. Luce. ij. Unde dicitur Sap. x. Justum deduxit dominus per vias rectas et ostendit illi regnum dei. quod iam in sacramentis perfectis (al's perfectum) et per christum confirmatum est. Lu. xvij. Regnum dei intra vos est.

Et audacter introiuit ad pilatum et petijt corpus iesu.

Tangit impetrationem corporis domini Et dicuntur Tria. Corporis petitio. De morte certificatio et Corporis concessio Petitio tangitur quando dicit [Et audacter] omni timore deposito. sicut homo potestatem habens plus ex virtute quam ex adiutoribus. Eccli. vij. Noli querere fieri iudex. nisi valeas virtute irrumpere iniquitates [introiuit] in palatium [ad pilatum] presidem Eccli. xlviij. Jn diebus suis non pertimuit principem: et potentia nemo vicit illum [et petijt corpus iesu] sibi concedi a publica potestate. hoc preferens omni thesauro. Sap. vij. Preposui illam regnis et sceptris. et diuitias nihil esse dixi in conparatione illius.

Pilatus autem mirabatur si iam obijsset: et accersito Centurione interrogauit eum si iam mortuus esset: et cum cognouisset a Centurione donauit corpus Joseph.

Hic tangit mortis christi certificationem. Dicit autem Tria. Ammirationem: Jnquisitionem: et Certificationem. Dicit igitur [Pilatus autem mirabatur si] tante virtutis homo et potentie. Qui celum mutauit. Qui saxa scidit. Qui tumulos aperuit. Qui velum per scissuram diuisit [iam] quasi talibus penis mortis superatus [obijsset] Potius enim sibi mors cedere quam ipse morti cedebat vt Pilato videbatur debebat. Hac igitur de causa mirabatur. Unde etiam ministri sceleris non fregerunt eius crura. quia iam ante tempus speratum (al's estimatum) inuenerunt eum mortuum. sicut dicitur Joan. xix. [et accersito centurione] qui crucifixoribus preerat. et deum glorificauerat dicens. Vere filius dei erat iste. [interrogauit eum si iam mortuus esset] vt certissime sciret id de quo mirabatur. Job. xxix. Causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam. [et cum cognouisset a centurione] qui crucifixoribus preerat quod mortuus esset. quia ipse viderat eum clamantem expirare [donauit corpus] iesu [Joseph] sepeliendum. Et tanto facilius donauit quanto plura viderat miracula. Ps. xcvij. Cantate domino canticum nouum quia mirabilia fecit. Ps. lxvij. Psallite ei qui ascendit super occasum. hoc est: per miracula sue mortis eleuatur. et ideo tam facilis fuit Pilatus ad donandum corpus.

Joseph autem mercatus syndonem et deponens eum inuoluit syndone:

Hic tangitur Dominica sepultura. Quinque autem dicit. Scz. Expensas inuolutionis. Depositionem corporis Solennitatem sepelitionis. Clausuram munitionis Obseruationem sacrarum mulierum tantam custodiam adhibentium. vt obseruarent locum sepelitionis. Dicit igitur de Primo [Joseph autem mercatus syndonem] pannum candentis linei. que innocentiam domini et liliosam significabat castitatem. vt qui rubricatus fuerat sanguine passionis. candidaretur syndone innocentissime castitatis. Cant. vij. Dilectus meus candidus et rubicundus. Et ideo etiam ecclesia corpus eius non nisi in panno lineo inuoluit Prouer. vl. Syndonem fecit et vendidit. quia ecclesia fecit hanc syndonem de candore innocentie christi. et vendidit Joseph pro commutatione eterni regni: vt in perpetuum christi corpus inuolueretur [et deponens eum] christum [de cruce] cum Nicodemo et alijs sanctis [inuoluit in syndone] vt significaretur quod in perpetuo in corde mundo esset inuoluendus. Ps. l. Cor mundum crea in me deus et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Luce. xxiij. Depositum inuoluit in syndone. Joan. xix. Acceperunt corpus Jesu et ligauerunt eum linteis cum aromatibus. Matth. xxvij. Accepto corpore iesu inuoluit illud in syndone munda.

Et imposuit in monumento quod erat excisum de petra: et aduoluit lapidem ad ostium monumenti Maria autem magdalene et Maria ioseph aspiciebant vbi poneretur

Hic tangitur Solennitas sepelitionis. Tanguntur autem hic Duo. Scz. Quod posuit in monumento. quod quasi munimentum dicitur. quia firmissimum erat. ne dici posset quod esset ablatus. quia per spiritum sciuit. quod hoc dicere debebant pharisei. et idcirco dominus voluit ad sepulturam adhiberi custodiam. vt innegabilis esset resurrectio Matth. xxvij. Jube custodiri sepulcrum. ne forte veniant discipuli eius et furentur eum et dicant plebi surrexit a mortuis. et fiat nouissimus error peior priore. Jdcirco ergo posuit in loco munito. Dicitur autem etiam monumentum a monitione. quia in memoria erat sanctorum. Prouerb. x. Memoria iusti cum laudibus. Ps. cxj. Jn memoria eterna erit

iustus [qđ excisum erat in petra] Ad litterã eñ sepulcrum fuit domus camerata excisa in petra ad tantam altitudinẽ quantã homo vix attingit extẽsione man⁹ a fũdamẽto vsq₃ ad supi⁹: hñs introitũ ab oriẽte: in cui⁹ aquilonari pte erat in petra spelunca septẽ pedũ lõgitudinis in pariete aqlonari: et triũ pedũ latitudinis que versus meridiẽ tota patebat: et erat apta trib⁹ palmis. In hac spelunca positũ fuit corpus. Et hoc est q̃ dr [quod erat excisum in petra] Que petra soliditatem fidei sigt: in qua apud ecclesiam sepultus est christ⁹. j. Cor. x. Petra aũt erat chr̃s. hoc ẽ fides chr̃i. Matth. xvj. Sup hanc petrã edificabo ecclesiam meã [Et aduoluit] Ecce sepulcri sigillatio [lapidẽ] mire magnitudinis qui hũana fortitudine esset imobilis: nisi multi ꝛ cũ instrumentis cõuenirent [ad ostiũ moumẽti] vt oĩs suspicio in resurrectione eius tolleret. quia firmã spem resurrectiõis hẽbat. Ostiũ aũt monumẽti dr apertura speluñce cõuersa ad meridiẽ que erat intra cõcauitatem crypte in qua spelunca. Matt. xxvij. Aduoluit saxum magnũ ad ostium monumẽti ꝛ abijt. Thre. iij. Lapsa est in lacum vita mea ꝛ posuerũt lapidez supra me [Maria aũt magdalene] p̃ ceteris ardens in amore dñi [et Maria Joseph] supple mater: et cetere mulieres que insepabiliter dño in morte adheserunt. Lu. eñ. xxiij. dr: q̃ astabãt oẽs noti eius alõge: ꝛ mulieres q̃ secute fuerant eum hec videntes. et hoc est [aspiciebant] diligenter [vbi poneret] vt mortuũ visitarẽt: et officiũ funeri impenderẽt. Uisus eñ ab amico mortuo nõ retrahit. Matth. xxvij. Erãt aũt Maria magdalene et altera Maria sedentes cõtra sepulcrũ vt viderent qd ageret.

Capitulum. xvi.

Et cum transisset sabbatũ: Maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata vt veniẽtes vngerent Jesum. Et valde mane vna sabbatoꝝ veniũt ad monumẽtum orto iã sole: et dicebant adinuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumẽti? Et respiciẽtes viderũt reuolutũ lapidem: Erat quippe magnus valde.

B Hic de Ultima leonis pprietate agit q̃ est qr hoc animal suoꝝ esse dr viuificatiuũ. Osee. vj. Uiuificabit nos post duos dies: et in die tertia suscitabit nos. Et hoc ostendit in resurrectione: q̃ sicut dicit aplus. j. Cor. xv. causa est nr̃e resurrectiõis. Diuidit aũt hec ps in duas ptes. In q̃ꝝ Prima cõtinet de Nũciatiõe resurrectõis facta p angelos. In Scđa aũt describit de Apparitiõe: Ibi [Surgẽs aũt mane pma sabbati] Adhuc in Pria pte Tria dicunt. In q̃ꝝ Prima: psone qbus facta est denũciatio describunt. In Scđa describit Persona denũcians Ibi [Et introeũtes] In Tertia aũt Denũciatio facta describit: Ibi [Qui dixit illꝰ: Nolite expauescere] In Prima haꝝ Quattuor dicunt. In q̃ꝝ Primo describit tp̃s visitationis. In Scđo Persone visitãtes. In Tertio Tp̃s aduẽtus ad sepulcrũ. In Quarto Angustiosa inqsitio de possibilitate intrãdi in sepulcꝝ. Et hec patẽt in lr̃a. Dicit igit [Et cũ transisset sabbatum] In q̃ nulli opari aliqd licebat. qr erat magn⁹ dies ille sabbati: sicut dr Mat. xxviij. qr ꝛ sabbatũ erat et festũ pasce. Et ideo sic̃ dr Lu. xxiij. siluerũt: aromatib⁹ in parasceue emptis et pparatis. Cũ aũt sabbatũ hoc magnũ transisset. Esa. lviij. Si auerteris a sabbato pedẽ tuũ facere volũtatẽ tuã in die sancto meo: vocaberis sabbatũ delicatũ ꝛ sctm̃ dñi gloriosum. Dñs eñ tunc qeuit ab oĩ ope suo. Et ideo dignũ fuit vt sui ab oĩ ope qescẽdo qetem illam significarent. Heb. iiij. Qui ingressus est in illã reqem: et ipse qeuit ab opibus suis: queãdmodũ et a suis de⁹ [Maria magdalene] que terrifica interp̃tat. qr ceteris audacior fuit. et hec audacia ex amore puenit. Uñ de amore eius dt Chrys. Magnus amor ꝛ igne vehementi⁹: ꝛ non est aliqd qđ eius pprium impetũ sustinere possit [et Maria iacobi] hoc est: mr̃ Jacobi [et salome] h̃ ẽ filia salome. q̃ꝝ due erant sorores. et tertia specialissima fuit dño: Cum qbus nõ erat btã vgo. qr fides ei⁹ ñ nutauit a spe resurrectionis. Probabile aũt erat q̃ cũ eis erant alie mulieres q̃ nõ cõmemorantur qr iste erant potissime. et alie erant q̃si pedisseque istaꝝ in religione chr̃iana. Iste g̃ [emerũt] magnis p̃cijs [aromata] q̃si aeromata dicta. quia diffundũt lõge lateq₃ bonũ odorẽ in aerẽ: Significantia famã crucifixi longe lateq₃ diffundendã. ij. Cor. j. Bñdictus de⁹ qui triũphat nos in oĩ loco. Chr̃i eñ bon⁹ odor sum⁹ deo. Cantic. iiij. Odor vestimentoꝝ tuoꝝ sup oĩa aromata [vt venientes] ex deuotiõe ad visitãdũ sepulcrũ [vngerẽt iesum] qr tũc moris erat vngere corpa mortuoꝝ vt p̃figuraret q̃ resurrectura erãt vnguento plene glorie delibuta. In figura huius Joseph Gen̄. l. Precepit seruis suis medicis vt aromatib⁹ condirent corp⁹ patris sui. Aromata sunt virtutũ: q̃s in cõuersatione habebãt significatiões. Unguẽta autẽ p̃signãt gloriã resurrectiõis in qua surgẽt delibuti [Et valde mane] in vigilia matutina: vt cõgrueret facto veteris testamẽti. Exo. xiiij. Factũ est in vigilia matutina respexit dñs sup castra Egyptioꝝ: et subuertit rotas curruũ: ferebantq₃ in pfundũ. Hoc eñ factũ est tpe resurrectõis cum victor ab inferis chr̃s resurrexit [vna sabbatoꝝ] hoc est pma sabbatoꝝ. qr vnũ ꝛ pmũ apđ iudeos est idẽ: et apud oẽs q̃ nũero lr̃aꝝ significant noĩa ordinalia nũeroꝝ. sicut pmũ et secũdũ et tertiũ ꝛc̃. Una g̃ sabbatoꝝ est pma sabbatorũ que est dies Dñica. Sabbatũ eñ h̃ septimana dicit: pter hoc q̃ dies septimane a sabbato numerant: Sic. Prima sabbati. h̃ ẽ: pma a sabbo. et Scđa sabbati. et

Tertia. Et sic de alijs. Vñ Luc.xviij. Jeiuno bis in sabbato: hoc est in septimana nūerata a sabbato ⌊veniūt⌋ ex deuotione ⁊ fide quā habebāt ad dñm ⌊ad monumentū⌋ Inde em̄ dr̄ monumētū: q̄r ammonitio est mortuoꝝ vt sint ī recordatione viuoꝝ. Ps̄.cxj. In memoria eterna erit iust⁹: ab auditiōe mala nō timebit. Et idō tituli scribunt̃ in tumulis mortuoꝝ q̄ epitaphia dicuntur vt memoria coꝝ apd̄ viuos remaneat. Prouer.x. Memoria iusti cū laudib⁹ ⌊orto iam sole⌋ Videt̃ aūt cōtrariū q̄d dr̄ Joā.xx. vbi dr̄: cum adhuc tenebre essent. Ad hoc aūt dt̄ Aug⁹: ꝙ cū venerūt tenebre erāt: sed tn̄ aurora apparuit qn̄ radij solis tenebris se imiscuerūt. nec adhuc solis corp⁹ apparuit. et idō cū dt̄ ⌊orto iā sole⌋ intelligendū est ꝙ sol ort⁹ fuit ꝑ radioꝝ apparitionē: et non ꝑ corpis sui ortū de sub terra. Q̄ aūt dt̄ ⌊orto iam sole⌋ significat ꝙ tunc p̄mo radij solis in nubib⁹ inceperunt apparere. Qd̄ significabat iā surrexisse solē iusticie. De q̄ dicit̃ Mal.iiij. Vobis timētib⁹ nomē meū: orietur sol iusticie xp̄s de⁹ nr̄: et sanitas in pēnis ei⁹: quā oriri dicit Job. sed n̄ malis ad salutē. Job.iij. Nō videat ortū surgētis aurore: et non illustret̃ lumine ⌊Et dicebāt ad inuicē⌋ sollicite de lapidis reuolutione: vt possent ingredi in sepulcrū. Et h̄ est Quartū diuisionis p̄cedentis ⌊Quis⌋ virilis fortitudis ⌊reuoluet nobis⌋ q̄ femie imbecilles sumus ⌊lapidē⌋ grauissimū. Mat.xxviij. Erat q̄ppe magn⁹ valde ⌊ab ostio⌋ hoc est: aptura spelunce ⌊monumēti⌋ Hoc em̄ feminee ībecillitati erat impossibile ⌊et respiciētes⌋ q̄r ex desiderio iteꝝ et iteꝝ aspiciebāt. Et q̄r sp̄ suis adest deus ⌊viderūt reuolutū lapidē⌋ Qd̄ qualiter factum sit: Matth.xxviij. dt̄ ꝙ angelus dñi accedēs reuoluit lapidē. Pre timore aūt exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui. qui custodes erāt infra cryptā spelunce in qua erat monumentū. Et reddit cām sollicitudinis mulierū dicēs ⌊erat q̄ppe magnus valde⌋ et mulieꝝ supans imbecillitatē. Hoc em̄ voluit dñs vt esset īsuspicabilis resurrectio. Sed illi possibile fuit q̄ etiā totam terrā sua resurrectiōe tremere fecit. Ps̄.lxxv. Terra tremuit ⁊ q̄euit dū resurgeret in iudicio deus.

Et introeuntes in monumentū viderunt iuuenē sedētē in dextris coopertum stola candida: et obstupuerunt.

Describit h̄ ꝑsonam eius qui resurrectionē nunciauit. Dicunt̃ autem h̄ Tria. Vbi scȝ nunciū resurrectionis inuenerunt. et Qualiter inuenerunt. et Q̄ ad magnificentiā eius obstupuerunt. Dicit igitur ⌊Et introeuntes in monumētū⌋ hoc est in cryptā exteriorē monumenti: cui⁹ ostiū introitus fuit ad orientē ⌊viderunt⌋ statim reuelatis oculis ⌊iuuenē⌋ ip̄o habitu corpis iuuenilis p̄tendentē immortalitatē gloriose resurrectōis Quia sicut dr̄ Heb.viij. Quod antiquat̃ ⁊ senescit: ꝓpe interitū est. Et Ph̄s. Ois s̄m naturā corruptio in hac vita: est sicut senectus ⁊ vetustas. In resurrectione aūt nemo senescit. quia sicut dicitur Matth.xxij. Erūt sicut angeli dei in celis ⌊sedentē⌋ q̄escentē. quia in eternis nemo laborat. Apocal.xiiij. Amodo iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis ⌊in dextris⌋ quia sinistra temporalium iam transijt. Col.iij. Que sursum sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite: non que super terram. Dextera em̄ significat eterna in quibus iam ⁊ corpalit̃ quieuit dñs ⌊coopertum stola candida⌋ Cādor vestis em̄ dicit Gregori⁹: significat amictū luminis quo christus corpaliter iam indut⁹ significat̃. Ps̄.ciij. Amictus lumine sicut vestimento. Sap.vij. Candor em̄ est lucis eterne ⁊ speculum sine macula maiestatis dei: ⁊ imago bonitatis illius. Significat etiam ad amicos christi blādimentū lenitatis. Quia candor blandus est color. Candor dicitur albedo candens q̄ lumine sibi incorporato candet: sicut color argēti. Mar.ix. Vestimenta eius alba sicut nix: et qualia fullo super terram facere non potest. Et voluit angelus sic blandiēs venire: ne mlr̄es territe de sepulcro fugarent̃ (al's fugerent) Matth. aūt.xxviij. dicit̃: ꝙ erat aspect⁹ eius sicut fulgur quod terribile erat. Et hanc formā assumpsit angelus vt terreret custodes. Vnd̄ ibidē dicit̃. Pre timore aūt ei⁹ exterriti sunt custodes: et facti sūt velut mortui ⌊et obstup[u]erūt⌋ mulieres ⁊ pre gaudio ⁊ ammiratione tante visionis. Multe aūt ꝯtrarietates h̄ esse vidētur inter euāgelistas. Mat. em̄.xxviij. dr̄: ꝙ mlr̄es ad monumētū venerūt vespe sabbati q̄ lucescit in p̄ma sabbati. Lu. aūt.xxiiij. dicitur: Vna sabbati valde mane diluculo venerūt ad monumentū cū adhuc tenebre essent. Hic aūt ꝙ venerunt orto iam sole. Hic aūt Multiplex apparet contrarietas. Primo: inter Mattheū ⁊ Marcum. quia Mattheus dicit ꝙ venerunt vespere. Marcus autem dicit ꝙ mane orto iam sole. Secunda inter Marcū et Lucam. quia Lucas dicit ꝙ venerunt cum adhuc tenebre essent. Marcus aūt ꝙ orto iam sole. Tertia inter Joannē et alios. quia Joan.xx. dicitur sola Maria magdalena venisse. Alij autē dicunt plures mulieres venisse. Has aūt ⁊ similes contrarietates determinat Augustin⁹ in libro de Concordia euangelistaꝝ: sic dicens: ꝙ vespera a qua nox incipit cum nocte et die sequēti ad vnam refertur diem. Et quia in vespera vnguenta parauerunt ad veniendum: Ideo Mattheus dicit: ꝙ tunc venire ceperunt: et cum adhuc tenebre essent erant in via veniendi: sicut dicit Lucas. sed orto iā sole: non per corpus solis: sed per radios diluculi peruenerunt. Q̄ autem Joānes dicit Magdalenam venisse: per hoc non negat etiam alias venisse: q̄uis de sola Magdalena faciat mentionē: q̄r p̄ncipalis fuit int̃ eas: et alie q̄si obseq̄ntes illi

Qui dixit ill' Nolite expauescere

Tangitur de Resurrectionis christi nūciatione. Tria autem h̄ dicuntur. Confortatio mulierum. et Nunciatio resurrectionis. et Mulierum taciturnitas ex timore. Dicit igitur ⌊Nolite expauescere⌋ Pauor enim est in cordis fuga s̄m systolen. Sed Expauescere est quādo pauor etiam

in tremore corꝑis manifestaẜ. Job. iiij. Pauor tenuit me ⁊ tremor. Psal. liiij. Timor et tremor venerunt super me. et contexerũt me tenebre. Cõtra tales ꝙ̃ motꝰ ꝯfortat angelus: ⁊ est signũ boni angeli: Sicut Luce. j. Ne timeas Zacharia: exaudita est oratio tua. Et postea. Ne timeas Maria: inuenisti grãz apud dñm. Gre. Timeãt qui ad societatẽ angelorũ se nõ ꝑtinere ꝯsiderãt. Uos aũt cur timetis que vestros ꝯciues videtis Attendẽdũ autem est ꝙ Mattheꝰ dicit angeluz reuoluisse lapidẽ: ⁊ sedisse suꝑ eũ: ⁊ hec mľieribꝫ dixisse. Marcus autẽ ꝙ sedebat in monumẽto. Ad hoc autẽ dicit Augꝰ. ꝙ duo fuerũt. Unus intus de quo loqͥtur Marcus. Alter extra de quo loquiẜ Mattheus. Hec aũt solutio non ẽ necessaria. qꝛ lapis q̇ ad (aľs suꝑ) os spelunce iacuit: etiã reuolutus intra cryptã anteriorẽ (aľs exteriorẽ) sepulcri iacebat. ⁊ iõ ꝗuis suꝑ lapidẽ sederit: tamẽ intra cryptã sedebat supra lapidẽ. ⁊ sic vterq̃ʒ verum dicit.

Jesum queritis nazarenũ crucifixũ: surrexit nõ est hic. Ecce locꝰ vbi posuerunt eum.

Hic tangiẜ nũciũ Qđ ꝯtinet Tria. Scʒ. Obsequij cõmemoratõem. Resurrectõis nunciationẽ. ⁊ Nunciationis ad discipulos iniunctionẽ. Dicit igitur [Jesum queritis] saluatorẽ [nazarenum] Per conuersationẽ florentẽ ĩ gratia. ⁊ Per resurrectõem florentẽ in gloria. ij. Regũ. xxiij. Cũcta salus mea ⁊ non est quicq̃ʒ ex ea qđ nõ germinet. Cañ. ij. Flores apparuerũt ĩ terra nostra [crucifixũ] morte ꝓ nobis mulctatũ ⁊ cruce turpatũ: ex obedientia patris ꝓ omnibꝫ nobis. Phiľ. ij. Factus obediens patri vsq̃ʒ ad mortẽ: mortẽ autem crucis. Hec autẽ omnia angelꝰ dicit. Scʒ. Secretum cõmemorat. Dispositionem quesiti annũciat Ut sciaẜ ex deo esse nuncꝰ q̇ talia scire potuit. ⁊ ita sermo eius apud sanctas femĩas fiat credibiľ. p̃s. xcij. Testĩonia tua credibilia facta sũt nimis [surrexit] Ecce Nunciũ resurrectõnis: quod ꝯsolatoriũ fuit vespertini fletꝰ: quãdo vngẽta tanq̃ʒ mortuo vngẽdo ꝑauerũt. Ps̃. xxix. Ad vesperũ demorabiẜ fletꝰ: ⁊ ad matutinũ leticia. [Nõ est hic] cũ mortuis: sed potiꝰ cum sꝑ viuis: in ꝯgerie mortuorum nunq̃ʒ cõputandus. Greg. Ut q̇d queritis viuentẽ cũ mortuis. Matth. xxij. Nõ est deus mortuoꝝ sed viuẽtiũ. Actuũ. ij. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile fuit teneri eũ ab illo. Dauid ei p̃s. xv. dixerat in eũ Nõ dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo. Ponit autẽ Resurrectiõis signa dicẽs [Ecce locus] sudariũ et linteamina quibus inuolutus fuit continens: vt sciatis ꝙ mortis fascijs non est đ cetero circũligatꝰ (aľs circũligãdꝰ) Psal. xxix. Conscidisti saccũ meũ: ⁊ circũdedisti me leticia [vbi posuerunt eum] manus sanctorũ Nicodemi ⁊ Joseph ab arimathia. Locus autem intacto signaculo fuit clausus. Ut sicut de virginis vtero exiuit intacto pudoris signaculo: sic de tumulo exiuit nõ aꝑtis sigillis q̃ posuerũt iudei: custodes sepulcro adhibẽtes. Mat. xxviij. Signantes lapidẽ cũ custodibꝫ. Hoc aũt iõ factũ est. vt eẽt insuspicabilis r̃surrectio. qꝛ si signa fracta fuissent dicere poterant ꝙ aꝑto sepulcro discipuli fuissent eum furati: nũc aũt remanẽtibꝫ signaculis nihil dicere poterãt. Et iõ intelligiẜ ꝙ angelꝰ dicẽs [Ecce locus] Tũc p̃mo lapidem remouit. vel paꝝ remotũ longiꝰ a spelũca eiecit. vt mulieres in speluncaʒ possent respicere.

Sʒ ite dicite discipulis eiꝰ ⁊ petro: qꝛ p̃cedet vos ĩ galileã: Ibi eũ videbitis sicut dixit vobis

Iniunctio est nũciatiõis ad discipulos In qua. Quattuor dicunẜ. Et in cõmuni dicaẜ discipulis. Et specialiter Petro. ⁊ dicaẜ Locꝰ vbi appareat. ⁊ Uerificatio vbi qđ p̃dixit. Dicit igiẜ [Sed ite] non tardantes inter mortuos vitam q̃rendo. Sʒ ite [nunciate] vitam nũciando [dicite discipulis eius] qui digni sunt vita. Eccľi. iiij. Sapientia vitã filijs suis ĩspirauit. Osee. vj. Uiuificabit nos post duos dies. ⁊ in die tertia suscitabit nos. Ps̃. lxxix. Nõ discedimus a te viuificabis nos ⁊ nomẽ tuum inuocabimꝰ [⁊ petro] specialiter ne desperet de negatione. ij. Coꝝ. ij. Confortate in illũ charitatẽ ne forte abũdantiori tristicia absorbeaẜ. Negatio eñ sua dispẽsatoria fuit ad multoꝝ pctõruʒ ꝯsolationẽ. Luce. xxij. Simon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret vos sicut triticum. ego autem rogaui ꝓ te vt non deficiat fides tua. ⁊ tu aliq̃n cõuersus ꝯfirma fratres tuos [qꝛ precedet vos] sicut dux itineris. Mich. v. Ipse ascendet pandẽs iter ante eos [in galileam] autem p̃cessit. Ut vbi fuit initium splendoris gratie. ibi esset etiã initiuʒ splendoris glorie. Esa. ix. Galilee gentiuʒ. ꝑpľus q̇ ambulat in tenebris vidit lucẽ magnã. habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis [ibi eum videbitis] oculis corporeis. Joã. xvj. Iterum autem videbo vos ⁊ gaudebit cor vestrum: ⁊ gaudium vestruʒ nemo tollet a vobis. Esa. lxvj. Uidebitis ⁊ gaudebit cor vestrum [sicut dixit vobis] Ecce Ueritas sermonuʒ domini. q̇ om̃ia hec predixit Matth. v. Jota vnum aut vnꝰ apex nõ p̃teribit a lege. Celũ ⁊ terra trãsibunt. ṽba autẽ mea non transibũt.

At ille exeũtes fugerũt de monumẽto. Inuaserat eñ eas pauor ⁊ tremor: ⁊ nemini q̇cq̃ʒ dixerunt. Timebãt eñ

Ecce Taciturnitas mulieris ex solo timore ꝓueniẽs. Et h̃ est ꝙ dicĩ [At ille] mulieres [exeũtes de monumẽto] h̃ est: đ crypta monumẽti [fugerũt] timore ꝑterrite [de monumẽto] magnitudine visionis ꝑcusse. Job. iiij. Pauor tenuit me et tremor. ⁊ cũ spũs me presente transiret: inhorruerunt pili carnis mee. Et hanc causam subiungit. [Inuaserat eĩ eas pauor] cordis [⁊ tremor] corꝑis. ⁊ iõ nõ plenam fidem habentes in verbis angeli [nemini quicq̃ʒ dixerũt] non plene de verbis angeli fiduciã habẽtes [Timebãt eñ]

de his que videbāt ⁊ audiebāt. Hebre.xij. Exterritus sum et tremebundus. Territus autē nō certe iudicat de auditis et visis. Job.ix. Neqꝫ eni possum metuens respondere. Timor enim fuga cordis est. ⁊ ideo iudiciū verū de re aliqua habere nō potest.

Surgens autē Jesus mane prima sabbati apparuit primo marie magdalene de qua eiecerat septez demonia. Illa vadens nunciauit his qui cū eo fuerant lugentibus ⁊ flentibus: et illi audiētes qꝛ viueret ⁊ visus esset ab ea: non crediderunt.

E Hic agitur de apparitione. Et dicuntur Tria In quorū Primo de Triplici continetur apparitione: vt in ore duorū vel trium testiū stet omne verbum. In Secundo continet̄ď assumptione: Ibi [Et dominus quidem Jesus ⁊c̄. In Tertio continetur de Discipuloꝝ missiōe: Ibi [Illi autē profecti] ⁊c̄. Prima aūt harū ẜm triplicē apparitōem diuidit̄ in Tres partes: que parēt in littera. Dic̄ igit̄. [Surgens autē Jesus mane pria sabbati] que erat prima post sabbatū. Et hec ē quā diem Dominicā appellamus. Surrexit autez vt ad alta nos surgere doceret. Col̄.iij. Si consurrexistis cū christo que sursum sunt querite. Mane autem surrexit vt tenebras omnis ignorantie et infidelitatꝫ se pellere doceret. Psal.cxxxviij. Nox sicut dies illuminabit̄. ⁊ nox illuminatio mea ī delicijs meis. Michee.vij. Dū sedero in tenebris lux mea est. Prima sabbati autē surrexit: vt iam ad sabbatū suos trāsiuisse significaret. Esaie.lxvj. Erit sabbatum ex sabbato. et mensis ex mēse [apparuit primo marie madgalene] inter eos in quibꝫ ꝓbauit resurrectionē. Matri eni Marie virgini beate apparuit omniū ꝑmo: Non vt ꝓbaret resurrectionē: sed vt eam de visu suo letificaret: Sed in Maria magdalena resurrectionem ꝓbauit. Et dicit quare huic ꝑmū apparuit dicens [de qua eiecerat septē demonia] Lu.viij. Rho.v. Ut vbi abūdauit delictū supabūdaret et gratia. ꝑs.lxxxvj Memor ero raab ⁊ babylonis scientiū me. Greg. Septez demonia Maria habuit: que vniuersis vicijs plena fuit [Illa vadens] ⁊ videns dn̄m gaudiū h̄ sola tenere noluit. sꝫ [nūciauit his q̄ cum eo erant] discipulis [lugentibꝫ] in vocibus querulosis [et flentibus] in lachrymis pre desiderio videndi eū. Joan.xvj. Quia plorabitis ⁊ flebitis vos: mundus autē gaudebit: vos autez ꝯtristabimini [At illi] discipuli [audientes ꝙ viueret] post tormenta passionis ⁊ mortis [⁊ visus esset ab ea] magdalena [nō crediderūt] post tot penas mortis hominē posse viuere. Gen. xix. Uisus est eis tanq̄ꝫ ludens loqui: et ideo non crediderunt. Tamen iam tres apparitōnes facte sunt. Primo eni apparuit Marie magdalene: sic hic dicitur. Secundo aūt mulieribꝫ q̄n tenuerūt pedes eius Matt.xxviij. Tertio apparuit Petro: sicut dꝛ Luc̄.xxiiij. Quia surrexit dn̄s vere ⁊ apparuit Petro.

Post hec aūt duobꝰ ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie euntibus in villā. Et illi euntes nunciauerūt ceteris: nec illis crediderunt

[Post hec aūt] que h̄ est apparitio secunda: Tn̄ inter eas que in die pasce facte sunt est quarta. Et hoc est ꝙ dicit [duobꝫ ex eis] disciplis: sic̄ dꝛ Lu.xxiiij. q̄ꝝ vnꝰ fuit Lucas et alter Cleophas ambulātibꝫ in castellum cui nomē Emaus: in via dū ambularēt [apparuit in alia effigie] hoc ē in specie ꝑegrini. qꝛ ꝑegrinꝰ erat in mentibꝫ eoꝝ. et h̄ est [euntibꝫ in villā] castellū scꝫ Emaus: qđ erat castellū Cleophe [Et illi] duo discipuli cognoscētes eum in fractione panis [euntes] hoc ē: in hierusalem regrediētes [nūciauerūt ceterꝫ] disciplis [nec illis crediderūt] que fuit Quarta apparitio. Et tunc ianuis clausis ipso die quando Thomas nō erat cum eis: apparuit decē aplis et alijs discipulis: sicut dꝛ Joan.xx. Et hec sūt q̄nqꝫ apparitiōes in ipso die pasce ꝑfecte. Has q̄nqꝫ apparitiōes repsentat ecclesia. quia q̄nq̄es in missa se sacerdos cōuertit ad ꝑplm: et quasi vultū ꝓ apparitione repn̄tans eis. et totiens dicit: dn̄s vobiscum. Postea etiā legit̄ in euangelio q̄nq̄es apparuisse. Quaꝝ Prima fuit post octo dies q̄ndo Thomas fuit cū eis: et dixit ei ꝙ inferret digitum in loca clauoꝝ. Septima fuit ad mare tyberiadis septē facta discipulis. Sicut dꝛ Joan.xxj. Octaua fuit facta vndecim discipulis in galilea. Matth. xxviij. Undecim discipuli abierūt in galileā in montem vbi constituerat illis Jesus. Nona autē facta est in cenaculo hierl̄m: vndecim disciplis facta. Et de illa h̄ loquit̄. Decima facta est in ipso die Ascensionis in mōte oliueti: sic̄ dꝛ Lu.xxiiij De Nona q̄ h̄ loquēs: de qua et Act̄.(al's etiā) loquit̄ Lucas

Nouissime aūt recumbentibus illis vndecim apparuit et exprobrauit incredulitatē illoꝝ et duriciam cordis: quia his qui viderāt eū resurrexisse nō crediderunt

Dicit aūt h̄ Duo. Scꝫ: De ipsa Apparitione. et de Ascensione. De Apparitione q̄dem dicit Tria. Modū apparitiōis. Modum exprobrationis. et Modū missiōis. De Modo apparitōis dꝛ Tria Scꝫ Ordinem tꝑis quo facta est apparitio. Modū deuotiōis q̄ tenebant̄ hi qbꝫ apparuit. et Modū ipsius apparitionis Dicit igit̄ [Nouissime F
aūt] Nō q̄ ad numeꝝ apparitiōis. sed quo ad ordinem dieꝝ. quia q̄dragesimo die a resurrectione facta est hec apparitio in mane in hierusalem in cenaculo. post quam diem in nullo alio die apparuit [recumbentibus] in cena et deuotione fractionis panis: quando et ipse dn̄s apparens comedit

cum eis Act.i. Conuescens p̄cepit eis ab hierosolymis ne discederent sed expectarent promissionez patris quaz audistis inquit per os meuz [vndecim discipulis] Glo. vt omnes testes sint ⁊ omibus narrent quod cōmuniter viderunt ⁊ audierūt Act.i. Vos eritis mihi testes in hierusalem ⁊ in oi Judea et Samaria. ⁊ vsq₃ ad vltimum terre [apparuit illis vndecim] Jesus saluator: qui semper saluat sperantes in se. Est autem Apparitio manifestatio perfecta occulti. ⁊ preter spem ⁊ prouidē tiam eius cui manifestatus ostenditur [⁊ exprobrauit] Exprobratio est obiectio ex probro: quod probrum fuit q̄ tantis visis argumentis resurrectionis: tantis auditis signis per testes idoneos ꝓpositis: non crediderunt Joan.viij. Si veritatez dico vobis quare vos non creditis mihi Heb.ij. Ab his qui audierunt in nos confirmata est. contestante deo signis ⁊ portētis ⁊ varijs virtutibus ⁊ spūssancti distributionibus ꝯm suam voluntatem. Ideo ergo exprobrauit [incredulitatem eorum] Luc.xxiiij. O stulti ⁊ tardi corde ad credē dum Matth.xv. Adhuc ⁊ vos sine intellectu estis [⁊ duriciam cordis] quod tot signa ad fidem emolire non poterant Ezech.ij. Auferam a vobis cor lapideum ⁊ dabo vobis cor carneum [quia his qui viderant eum resurrexisse] sc̄ Marie Magdalene/ Petro ⁊ alijs/ nō crediderūt] Tot enim ⁊ tammagna signa mortis apparuerūt q̄ nihil poterat estimare de vita ipsius. Vn̄ ⁊ Thomas dixit. Nisi videro fixuram clauorum in manibus eius. ⁊ mittam manuz meam in latus eius non credam Joan.xx.

Et dixit eis: Euntes in mundū vniuersum predicate euangelium omni creature.

Tertium est de Missione ipsorum ad conuertendum mundum. Tria autem dicit. Sc₃ Q̄ mittit ad predicanduz. ⁊ Quibus ⁊ Qua vtilitate. Dicit autem in Primo Tria. Profectum predicantium. Vniuersitatem eorum quibus predicanduz est. ⁊ Quid predicandum. Dicit igitur [Euntes] hoc est: continuis profectibus in predicando proficientes Ps̄.lxxxiij. Ibunt de virtute in virtutem Ps̄ cxxv. Euntes ibant ⁊ flebant: mittētes semina sua Ezech.j. Animalia ibant in similitudinez fulguris coruscantis [in mundū vniuersum] Non in Judeam tm̄ Esaie.xlix. Dedi te in lucem gentium vt sis salus mea vsq₃ ad vltimum terre Psal.xviij. In omnem terram exiuit sonus eoruz ⁊c̄. Sap̄.j. Spiritus domini repleuit orbemterrarum. ⁊ hoc qd̄ continet oīa Psal.xxiij. Domini est terra ⁊ plenitudo eius orbisterrarū ⁊ vniuersi qui habitant in eo [predicate euangelium] nihil aliud Job.xxiij/ Verbis meis nihil addere audebant. et stillabat super eos eloquium/ Ezechiel.ij. Loqueris verba mea ad eos/ Hoc enim est bonuz salutis nuncium Esaie.xlj. Ad hierusalem euangelistam dabo [omni creature] hoc est: homi qui ꝯm corpus ⁊ animam cōuenit omni creature. Secundū corpus quidem habet in se Substantiam elementorum. Coagulationem cum mineralibus Complexionem cum vegetabilibus. Compositionem cum animaliuz corporibus. Equalitatē complexionis et compositionis cū celestibꝫ: Scd̄m animam autem: quia est cum non viuis. Viuit: cum vegetabilibus: Sentit cum animalibus: Intelligit cum angelis. Et ideo homo dicitur omnis creatura Joan.xij. Omnia traham ad meipsum Sapientie.xj. Diligis enim omnia que sunt. ⁊ nihil odisti eorum que fecisti.

Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit: Qui vero non crediderit: condemnabit᷑.

Hic tangit Vtilitatem. ⁊ Duas tāgit vtilitates Vnam ex parte audientium. ⁊ Vnam ex parte p̄dicantium. Ex parte Audientium: Duo sunt. Sc₃ Meritum deuotionis audientiū. ⁊ Meritum iusticie ex parte ꝯtēnentiū. De Primo dicit [Qui crediderit] fide formata Joā.iij. Vt omnis qui credit in ipm non pereat. sed habeat vitam eternaz [⁊ baptizatus fuerit] Vel Baptismo aq̄/ Vel si ille haberi nō potest Baptismo flaminis/ Vel sanguinis.j.Corinth.x. Omnes patres nostri sub nube fuerunt. ⁊ omnes in Moyse baptizati sunt ⁊ in nube ⁊ in mari. Baptizati sunt: dr̄ ꝑpter baptismū aque. In nube autem dicit fuisse ꝑpter baptismuz flaminis. hoc spūs. ⁊ In mari rubro dicit ꝑpter baptismū sanguinis Matth.vlt. Ite docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij et spūssancti [saluus erit] salute eterna: liberante a peccatis ⁊ penis: quia Baptismus exterius no requirit neq₃ gemitū neq₃ planctū Ps̄.xliij. Saluasti em̄ nos ex affligentibꝫ nos. ⁊ eos q̄ nos oderūt ꝯfudisti Matth.j. Vocabis nomen eius Jesum Ipe em̄ saluū faciet populū suuz a peccatis eoruz Hoc significatum est Exodi.xiiij. vbi dicitur. Descenderunt in profundū quasi lapis. quia omnes egyptij. h̄ est: peccata merguntur in baptismo [Qui vero non crediderit] p meritū iusticie infidelitatis sue [cōdemnabit᷑] eterna ꝯdemnatōe Lu.xix. Inimicos meos qui noluerunt me regnare super se: adducite eos. ⁊ occidite coram oculis meis Esaie.lxiij. Calcaui eos in ira mea. ⁊ in furore meo cōculcaui eos.

Signa autem eos qui crediderint hec sequentur: In nomine meo demonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint non eis nocebit: sup egros manus imponent ⁊ bene habebunt.

Fructus est ex pte p̄dicantiū fideliter ⁊ credentiū Et dr̄ Quinq₃ que p ordinē parēt in lr̄a. Et hec quidem p̄mittit in Cōmuni dicēs [Signa aūt eos qui crediderint] ꝑpter meritum fidei Joā.xiiij. Qui credit in me: opera que ego facio ⁊ ipse faciet. ⁊ maiora horum faciet. quia ad patrez vado [hec

sequentur] sermonem eorum Hebreoꝝ. ij. Cōtestante deo signis ⁊ portētis ⁊ varijs virtutibus [In nomine meo] inuocato ⁊ honorato Joā. xiiij. Siquid petieritis patrē in nomīe meo: fiet vobis [demonia ejicient] Hoc est Primū. q̄ virtus expellitur demonis ne possit impedire a fide ꝑcipienda. ⁊ sacramēto fidei quod eccl'ia obseruat in suis exorcistis Luc. iiij. Exibāt autē demonia a multis clamantia ⁊ dicentia. quia tu es christus filius dei. Presentiā eīm chr̄i in corde per fidē vis demonis sustinere nō potest [linguis loquentur nouis] Hee lingue sunt locutio diuina ⁊ angeloruꝫ de celestibꝫ ⁊ gaudijs eternorū j. Coꝛ. xiiij. Unusquisq̄ vestrum apocalypsim: hoc est: reuelatiōem habet: linguā habet Esa. l. Dn̄s dedit mihi linguā eruditam vt sciam sustentare eum qui lapsus est ꝟbo [Et serpentes tollent] ad litteraꝫ. Sicut Paulus cuius manui adhesit vipera. ⁊ excussit eā in ignem Act. xxviij. ⁊ Jacobꝫ duos ingentes dracones emisit in desertum quos Hermogenes et Philetus ꝯcitauerant contra eum. Tamen spūaliter hoc impletur in sacerdotibꝫ eccl'ie. Qui absoluunt serpentes de cordibus fideliuꝫ per compunctionem. ⁊ ꝯfessionem ⁊ satisfactionem Job. xxvj. Spūs domini ornauit celos. ⁊ obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus [etsi mortiferum quid biberint] hoc ad litteram impletum fuit in Joanne ante portam latinam qui venenuꝫ bibit qđ ei non nocuit Spūaliter impletur in ministris ecclesie. qui cum sint medici spūales: venenū bibunt. quando peccata aliorum per auditum ⁊ compassiōem in se suscipiūt: quod illis nō nocet: ⁊ sanant peccatores. Sicut medici qui exugunt morsus venenatorum ab his quos venenata ꝑcusserunt Job. xxxiiij. Quis est vir vt Job qui bibit subsannationē velut aquā. qui gradiť cum viris oꝑantibꝫ iniquitatem. ⁊ ambulat cum viris impijs Esa. xj. Super foramina aspidis. ⁊ in cauerna reguli qui ablactatus fuerit: manum suam mittet. Non nocebunt ⁊ non occident in vniuerso mōte sancto meo. q̄ repleta est terra scientia dn̄i. sicut aqua maris terram operientis. Sicut eīm ip̄a venenata serpentē eneum non sustinuerunt Num. xxj. Ita venenum non potest nocere habenti ad serpētem immunitū formata fide. Unde Act. x. de talibus dictu est Petro Macta ⁊ manduca. Et quod timeret subiunxit. Qđ deus sanctificauit tu ne cōe dixeris Ps̄. xc. Sup aspidem ⁊ basiliscū ambulabis ⁊ ꝯculcabis leonem ⁊ draconem. Sic ergo [Si mortifeꝝ quid biberint nō eos nocebit] ⁊ tamen alijs valebit ad curā ꝑfecte sanitatis ꝑcipiendā [sup egros] quarūcūq̄ egritudinum [manus imponent] Ad l'ram. Ul' ad oꝑatōis exemplum. Et ad tactum eoꝝ [bene habebunt] ꝑfecte sanitatis beneficium. ⁊ corporaliter ⁊ spiritualiter cōsequentes Act. ix. Ubi Petrus dedit manuꝫ tabite: ⁊ erexit eam: ⁊ sanctis ac viduis assignauit viuā Mar. vij. Ueni impone manum super eam ⁊ viuet. Et de sacramentali manus impositiōe Act. xix. Tunc imponebant manus super illos ⁊ accipiebant spūmsanctum. Et qui accipit spūmsanctū nō potest nisi bene habere.

Et dn̄s quidem Jesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celum ⁊ sedet a dextris dei.

Tangiť Decima apparitio q̄ facta est in die Ascē- D
sionis in monte oliueti. Et tanguntť hic Duo. Scꝫ Ascensio. Et ex parte discipuloꝝ ministerij ⁊ legationis sibi iniuncte ꝑfectio. Jn ascensione Tria tanguntť. Scꝫ Eruditio ꝯsolationis. Ascensio exaltationis. ⁊ Corregnatio ascendentis in equalitate patris. De Primo dť [Et dn̄s] Uere dn̄s: qui se ꝓbauit ⁊ vite ⁊ mortis habens ptātem Hester. xiij. Dn̄s vniuersoꝝ tu es [quidē Jesus] qui saluat om̄es sperātes in se Ps̄. xliij. Saluasti eīm nos ex affligentibꝫ nos Eccl. xlvj. Fortis ꝑm nomen suuꝫ in salutē gentiū [postq̄ locutus est eis] que ad eruditiōem sue ꝯsolatiōis ꝑtinebant: que Act. j. describunť ibi certificauit eos de ꝓmisso p̄ris. ⁊ splēdore scie in spū veritatis ⁊ ardore affectiōis in spū charitatis Esa. l. Aperuit mihi aurem vt audiā eū tanq̄ magistrum Esa. viij. Tanq̄ in forti manu erudiuit me: ne irem in viam populi huius [assūptus est in celum] Tangiť Ascensio exaltationis. Nō autem virtute aliena est assumptus: sed ꝓpria virtute ascendens ꝑ ꝯgratulatōem totius milicie celestis. ⁊ occursum in gl'iam paternam est assumptus Ps̄. lxxxviij. Dn̄i est assūptio nr̄a. ⁊ sc̄ti isrl' regis nostri Mich. ij. Ascendit pandēs iter anteos Hic adest noster luctator Gen̄. xxxv. cui diciť Surge Jacob ⁊ ascende bethel: hoc est domū dei ⁊ inuoca ibi ꝓtinꝰ nomē dei tui Heb. ix. No in manufactis sanctis introiuit Jesus exemplaria veroruꝫ sed in ip̄m celum. vt appareant vultui dei pro nobis [et sedet a dextris dei] corregnans patri in omni equalitate ꝑm deitatem. ⁊ fruens potissimis bonis patris ꝑm humanitatem Rhom. viij. Qui est ad dexteram dei. qui etiam interpellat pro nobis Col'. ij. Ubi christus est in dextera dei sedēs que sursum sunt sapite: non que super terraꝫ. Sedet autem in dextris celi paterni sicut totius celi illuminator: etiam ꝑm humanitateꝫ Apoca. xxij. Et nox vltra non erit ⁊ nō egebunt lumine lucerne: neq̄ solis: quoniā dominus deus illuminabit illos Apoc. xx. Deus illuminat ciuitatem hierusalem. ⁊ lucerna eius agnus Unde sicut in terris illuminauit ad gratiam: ita in celis illuminat ad gloriam Esaie. lx. Surge illuminare hierusalem. quia venit lumen tuum. ⁊ gloria domini sup te orta est.

Jlli autem profecti predicauerūt vbiq̄ dn̄o cooperante ⁊ sermonē ꝯfirmante sequentibus signis.

Tangiť Impletio ministerij ⁊ legationis apo- I
stolice. Et tanguntur Tria. Profectus predicantium. Predicationis exercitium. ⁊ Diuinum quod nunq̄ defuit eis adiutoriuꝫ. De Primo dicit [Jlli autem] scꝫ apostoli [profecti] nō tam passibꝫ pedum q̄ passibus virtutuꝫ Esaie. xxvij. Qui egrediuntur impetu a Jacob: florebit et germinabit israel. et implebunt faciem orbis semine Ezech. j.

Animalia ibant in similitudinē fulguris coruscan
tis[p̄dicauerunt] Intelligēda: Credenda: Agē
da: ⁊ Appetenda. Intelligēda que subnixa sunt ne
cessarie veritati. Credenda que innitunt diuine au
toritati. Agenda Que vel timore fugienda sunt: vl'
vt honesta cum virtute cōplenda sunt. Appetenda
que beatos faciunt. De Primis dicit in Ps̄. cx.
Intellectus bonus facientibꝫ eum Dan̄. x. Intelle
ctu opus est in visione. ij. Tim̄. ij. Intellige que di
co. dabit em̄ tibi dn̄s in omnibꝫ intellectū. De Cre-
dēdis dr Jo. xiiij. Lu. xvij. Creditis in deū: ⁊ ī me cre
dite Marc. iiij. Si habueritis fidē vt granū sina-
pis: dicetis monti huic tollere. ⁊ mitte te in mare. ⁊
nihil impossibile erit vobis. De Agendis aūt dicit
Sap̄. viij. Sobrietatē ⁊ prudentiā docet ⁊ iustici
am ⁊ virtutem quibꝫ in vita nihil vtilius est homi
nibus. De Appetendis dicit Matth. vj. Primuz
querite regnū dei ⁊ iusticiā eius. ⁊ hec omnia adij
cientur vobis. De his omnibꝫ dicit. ij. Tim̄. iiij. Te
stificor corā deo qui iudicaturus est viuos ⁊ mor
tuos. ⁊ aduentū ipsius ⁊ regnū eius: p̄dica verbū
insta oportune importune[vbiqꝫ] Predicatōis
in hoc notat generalitas. Totū em̄ mundū sua cō
pleuerunt p̄dicatione Esa. xlix. Dedi te in lucē gen-
tium: vt sis salus mea vsqꝫ ad vltimum terre Ps̄.
xviij. In oēm terrā exiuit sonus eoꝝ. ⁊ in fines or-
bis terre v̄ba eoꝝ [Dn̄o cooꝑante] Ecce Dei
qd̄ nunq̄ꝫ defuit adiutoriū. Dicit aūt Duo. Cooꝑ-
atiōis diuine adiutoriū. ⁊ Sermonis ꝑ signorū
efficientiā ꝯfirmatiōem. Dicit igit[Dn̄o cooꝑ-
ante] hoc est: virtutem oꝑis ministrante Joā. xv.
Sine me nihil potestis facere Esa. xxvj. Oīa oꝑa
nostra oꝑatus es in nobis dn̄e[⁊ sermonē ꝯfir
mante] Sermo aūt confirmatus est ꝑ Exempla
ostensionis. ⁊ Signa ꝓbationis. De Primo di-
citur Matth. v. Luceat lux vestra corā hominibꝫ
vt videant vestra oꝑa bona ⁊ glorificēt prēm vr̄m
qui in celis est Rho. xv. Nō audeo aliq̄d loqui eo-
rū que ꝑ me nō efficit chr̄s. De Virtute aūt signoꝝ
dicit Heb. ij. Quō nos effugiemus si tantā negle-
xerimus salutē. q̄ cum initiū accepisset enarrādi ꝑ
dn̄m. ab his q̄ audierunt in nos ꝯfirmata est. ꝯte
stante deo signis ⁊ portentis ⁊ varijs virtutibus.
Sermo em̄ qui suꝑ naturā ⁊ rōnem est: nō nisi si-
gnis pōt ꝯfirmari Joā. v. Si mihi nō creditis: oꝑi
bus credite Et hoc est q̄ dr[sequentibꝫ signis]
Joā. xiiij. Qui credit in me: oꝑa que ego facio ⁊ ipe
faciet. ⁊ maiora hoꝝ faciet. qꝛ ad patrē vado Ps̄.
cxxxiij. Mirabilia oꝑa tua. ⁊ aīa mea cognoscet
nimis Eccl̄i. xxxvj. Innoua signa ⁊ imuta mirabi-
lia. Unde etiā cōminat his qui nec ꝓpter signa cre-
diderunt Joā. xv. Si nō fecissem signa coram eis
qui nemo alius fecit: peccatū nō haberēt. nunc au-
tem nō habent excusatiōem de peccato suo Num̄.
xiiij. Quousqꝫ non crederet mihi in omnibꝫ signis
que feci coram eis. feriā igit pestilentia eos atqꝫ cō
sumā Sed eos qui credunt ex omnibꝫ signis que
nobis narrant ex scripturis beatificabit dominus
Dan̄. iij. Signa ⁊ mirabilia fecit apd̄ me deus ex-
celsus. Placuit ergo mihi p̄dicare ei⁹ signa. quia
magna sunt. ⁊ mirabilia eius quia fortia. ⁊ regnū
eius regnuz sempiternū. Et potestas eius in gene-
rationem ⁊ generatiōem Cui est honor ⁊ gloria in
secula seculoꝝ Amen.

Expliciunt Notule suꝑ Marcū
ad honorem di compilate a fratre
Alberto Ord. Predicatoꝝ quon
dā Episcopo Ratisponen̄.

Deo gratias.

Opus quadriperti-
tū Postillaꝝ diui Albti magni viri Tum ī oīm ar
te. Tū maxime in diuinis litteris illuminatissimi
⁊ ꝓfundissimi: Qui etsi in alijs suis editionibꝫ ce-
teros vicerit: in hoc tamen oꝑe spiritu eum diuino
agente seip̄m vicisse ⁊ suꝑasse videtur: Ad omniuz
doctoꝝ viroꝝ: ⁊ p̄cipue Euāgelice veritatis ⁊ chri
stiane fidei amatorū vtilitatem ⁊ ꝓfectum: in felici
Studio Coloniensi Per misericordie pietatis qꝫ
virum Venerandū magistrum nostrum Artium
⁊ Sacre Theologie Professorem eximium ma-
gistrum Gerardum de Harderwic edis die Colū
be Pastorem dum vixit: cuius nunc anima in bo
na pace quiescat: Per ceteros quoqꝫ sacre Theo-
logie Licentiatos ⁊ Magistros: Bursam quam
Laurentij vocant Regētes: zelosos doctrine eius-
dem diui Alberti sectatores ⁊ ꝓpagatores magna
opera ⁊ graui impensa libenter correctum ac emē-
datum cum Indice cuilibet parti annexo feliciter
finit Anno quarto supra Millesimū quingentesi
mum.

Jesu tibi Laus.

Impressum accuratissima dili-
gentissima expēsis Circūspecti vi
ri archibibliopole Joannis Ryn-
man de Oringaw: In oppido Im
periali Hagenaw: Industrij Hen
rici Gran: ibidez Ciuis in officina.
Finemqꝫ. xvj. Kal'. Aprilis Anno
virginei partus Millesimoquin-
gentesimo ⁊ quinto sortitū est.

S. ALBERTI
Magn. Sup.
Evang. Joann.
et Marci


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm